187 Deiuctum v Deiuctu V Denictus A | tiryntius Aldus: thiryntius
v tyrintius β 188 Inditus V Inelytus Ae 189 Iuppiter v V
Iupiter A | miratus Robert: miseratus | acerba Aldus: acerua
192 dextra v A dextre V | impressio plantae v A impresio plante V
194 sideris v V syderis A 195 mersum v V mersus A | umerorū V
humerorum A v 196 Aspice A Auspice V v 197 quondam v A
condā V | monumentum v V monimitum A | fulget v A flug& V
198 Haec β Hec v | ariadnaei v A ariadnaei V

- Trina ter inlustrant hanc lumina parsque coronae
 200 Serpentem uicina subit, qua sibila in arcton
 Ora draco inclinans stridit flabris aquilonis;
 Pos tergum nixi pars uoluitur ac uelut haerens
 Rursum defessi reseratur nuntia signi.
- OPHIUCHVS Istius extremo sub uertice, uertice quippe
 205 Sideris innixi, clarum nosces ophiuchum.
 Triccaei sidus stat nominis et cui pingui
 Ture Epidaureae fumant altaria sedis.
 In Styga decursis parcarum ab origine fuis
 Merserat Hippolytum sors ultima iamque per imas
 210 Cocyti tenebras et stagna nigrantia Ditis
 Portitor ille Charon Thesidae fata uehebat.
 Hic inmaturi sed enim miseratus acerbum
 Leti supplicium Neptunique aspera iussa
 Argentis artus Erebo procul intimo abusque
 215 Suscit adque animae rursum tepefacta calore
 Viscera mundanas reuocat medicator in oras.
 Non tulit omnipotens ortu cuiquam generato
 Deucalioneo fas esse nouissima fata
 Vincere et incassum decurrere pensa sororum
 220 Moxque trisulca polo iaculatus fulmina celso
 Et super aeriae uibrans incendia flammae
 Morte repertorem medicinae audacis in umbras
 Deicit, a<t> gnato reparans solacia Phoebo

199 inlustrant v V illustrant A 201 stridit v V stridet A
 202 Pos V Post A v | pars v sars V s aîs A | herens A herens V v
 203 reseratur A V² res iratur V¹ reparatur v | nuntia V nuncia A v
 204 OPHIUCHVS | phyncus G 205 Sideris v V Syderis A 206 sidus
 v V sydus A | cui v V ceu A 207 Ture epidaureae β Thure epi-
 daurae v | sedis β seclis v 208 styga v A striga V 209 hippolytum
 v A hipolitutū V 210 Cocyti v Cociti V Coceyti A 211 Portitor
 v A Portiter V | thesidae v A te sidae V 212 in maturi V immaturi A
 immaturi v 213 L&i V Læti A Lethi v | neptuni v V neptūni A
 215 adque V atq; A v 221 flammae v V flamę A 223 Deicit
Breysig : Deijcit A Deiecit V Deiecta v | at *Breysig* : a | solacia V so-
 latia A v

- Asperaque extincti miseratus fata nepotis
 225 Surgere nocturno iubet inter sidera motu.
 Hic ergo insignis ardens uenas ophiuchus,
 Hic rigidos artus formae anguitenentis honore
 Arduus, hic tantos umeris uibrantibus ignes
 Enomit, ut, pleno cum luna nitescit in orbe
 230 Menstruaque ingenti iam tempora diuidit ortu,
 Nequaquam lentis obscurior ex umeris lux
 Marceat. at manibus non compar flamma rubescit,
 Nam suffusa leui resplendent ultima luce,
 Sed cerni sunt prompta tamen postremaque parco
 235 Igne micant. ille angue manum consertus utramque
 Erigitur serpensque dehinc elabitur, ambas
 Flexilis et medium cingit spiris ophiuchum,
 Quem super haerentem plantarum mole duarum
 Scorprios in geminas effusus uiscera partis
 240 Afflictusque oculos maculosaque pectora pressus
 Sustinet. attiguas euoluitur anguis in auras
 Argmine non aequo neque tanta uolumina compar.
 Nam qua dextra manus sinuoso adfigitur angui,
 Parcius ab domino terga explicat; altera porro
 245 Plurimus ac multo per laeuum pondere lapsus
 Funditur et rutilo, qua lux sedet ignea, mento

225 sidera *v* *l* sydera *A* 227 anguitenentis β anguitentatis *v*
 228 tantos *v* *l* turitos *A* umeris *l* humeris *A* *v* | uibrantibus *v* uibrant-
 tis β | ignes *v* *l* in ignes *A* 229 nitescit *Morel*: nitescet (ni^lscet *A*)
 230 que β nae *v* | ingenti *Aldus*: angenti β agenti *v* 231 umeris *l*
 humeris *A* *v* 232 compar *l* compar *A* *v* | flamma *v* *l* flama *A*
 233 resplendent *l* respondent *A* resplendeat *v* 234 prompta *v* prōta
 (protā *A*) β 235 utrāq. *l* utranq. *A* *v* 236 elabitur *v* *A* elabit *l*
 237 ophiuchum *v* *A* opiuchum *l* 238 haerentem *v* *A* herentē *l*;
 mole β molle *v* 239 Scorprios *v* *l* Scorprios *A* 240 Afflictus
Aldus: Efflictus 241 attiguas *v* *A* attinguas *l* 242 aequo *v* *A*
 equo *l* | tanta *Morel*: tenta | compar *l* compar *A* *v* 243 adfigitur *l*
 affigitur *A* *v* 244 terga *v* terca *l* terra *A* | porro β porrho *v*
 245 multo *v* multos β | lapsus *v* *A* labsus *l* 246 Funditur β Fun-
 ditus *v* | mento *v* *A* meuco *l*

Vsque Ariadnaeae sese uicina coronae
Lubricus inclinat. post spiram brachia quondam
Formidata truci suspexeris Orioni.

- 250 Haec concessa etenim curuis metatio chelis.
Huc falcata Chii repserunt cornua monstri,
Siderea nimium facis indiga. namque hebes ollis
Ignis et optunso marcent incendia crine.

BOOTES Callisto rutilat stellis, quibus usque ferinam

- 255 Prona sit effigiem! quo cardine torqueat axem,
Semper inocciduis attollens lampada flammis,
Arctophylax siue, ut ueteres cecinere, Bootes,
Famosa Arcadici testans commenta tyranni.
Et licet instanti similis similisque minanti
- 260 Terga Helices iuxta premat arduus, hau tamen unquam
In picturatae plaustrum procurrere matris
Fas datur, antiqui quoniam contagio in illo
Criminis et ueterum prohibetur culpa malorum.
Nec minus in membris lux olli maxima uibrat
- 265 Omnibus, ardet apex capiti, micat ignea late
Dextera, flammantur umeri, flammam mouet instar
Inter utrumque femur. qua se confinia lori[s]

247 ariadnaeae v A ariadnaeae V 248 spiram β spreta v
250 metatio chelis β mecatio uelis v 252 Siderea nimium v
Siderē enī iū V Sydere enim vi A | nāque V nanq̄ A v
253 optunso V obtuso A v 254 BOOTES | Boēs G | Callisto v V
Callistho A | usque *Grotius*, inque *Oertel*; utque 256 flammis v V fla-
mis A 257 Arctophylax v Arctophilax β | ueteres cecinere bootes v A
ueterē cecinerē botes V 258 arcadici v V archidici A | tyranni v A
tirrami V 259 minanti v V mīnanti A 260 helices v helice & V
helice A | hau β haud v A *corr.* | ūq̄ β unquam v A *corr.* 261 In-
picturatae β Impicturatae v 264 membris v V m̄bris A | olli A oli V
olim v 265 micat v A migat V | ignea v V A *corr.* aurea *Apr.*
266 flammam umeri, flammam mouet ulna, sed infra *Robert* | flam-
(m. 3)
mantur umeri *Breysig*: flammā umeri V flammam humeri v flama
tamen A | flammam v V flammam A | instar A insta V v 267 utrū-
que β utrumq̄ v | confinia v V cōfinia A | lori *Breysig*: locis v V lucis A

Deducunt pedibus, maior <fax> luminis auras
Verberat et *reliquo* sidus magis aestuat astro.

270 Nam locus Arcturo sacer <hic> adscribitur, illinc,
Aurea qua summos adstringunt cingula amictus,
Ebria flammanti consurgit stella rubore.

VIRGO Qua protenduntur uestigia summa Bootis

Quaque per immensum circumflagrantibus astris

275 Circulus obliquo late iacet astriger orbe,

Contemplare sacros subiectae uirginis artus.

Quam te, quam memorem? siue est genitor tibi summus

Iuppiter et Themide in terras demissa parente's,

Seu patris Astraei clarum es genus, aurea cuius

280 Sidera sunt proles et qui pro munere morum

Inculpabilium nomen dedit omnibus astris.

Aut Pelusiaci magis es dea litoris Isis,

Digna poli, consors et cura latrantis Anubis.

Seu <tu> diua Ceres, sic nam tibi flagrat arista

285 Et, ceu Siriaco, torretur spica calore

Protentata manu, seu quae pernicibus alis,

Nec sat certa gradum, uiduatque uertice summo

Fluxa pilae uertis uestigia, lubricum ut aeuum

Sors agat et subitis obrepat mobile fatum

268 <fax> *Heinsius* : *A*, om *V* *v* 269 *reliquo* *Breysig* :
rutilo | sidus *v* *V* *sydus* *A* | aestuat β estuat *v* 270 <hic> *Schub-*
bach : . . *A*, om *V* *v* | adscribitur *v* *V* ascribitur *A* 271 adstringunt *v* *V*
astringunt *A* | amictus *v* *A* amicti *V* 272 flammanti *V* flammanti
A *v* | rubore *A* robore *V* *v* 273 Qua *V* q*Va* *v* *E* *V* qua *A* | protendun-
tur *v* protendunt β 274 immensum circum flagrantibus β immen-
sum circumflagrantibus *v* 276 subiectae *v* *V* sub teetę *A* 277 sum-
mus *v* *A* sumus *V* 278 Iuppiter *v* *V* Iupiter *A* | terras *v* terra β |
demissa *Aldus* : dimissa | parentes *v* *V* *corr.* sanentes *V* *pr.* parente *A*
279 astraei *v* *A* astrei *V* | es *v* est β 280 Sidera *v* *V* Sydera *A*
282 pelusiaci *V* pellusiaci *A* peleusiaci *v* | litoris *V* littoris *A* *v*
283 poli] coli *Schrad.* *v* 284 Seu *v* *V* ¹ Seu sis *A* *V* ² | <tu> *Aldus* |
arista *v* *A* *V* *post ras.* harista *V* *ante ras.* 285 siriaco *v* *V* ² syriaco β
286 manus eueque *V* manus ea quae *A* *v* 288 Fluxa *V* Fluxi *A*
Fluxat *v* | uertis *Grotius* : uestis | lubricum *v* lubrica β 289 ob-
repat β ob res at *v* | fatum β factum *v*

- 290 Temporibus. precor, in terras procul aethere ab alto
 Flecte oculos placidamque meis uenerabilis, oro,
 Pande sacris aurem. tu, cum sincera priorum
 Vita hominum nullis ageret sub legibus aeuum
 Aureaque innocuo<s> seruarent saecula mores
 295 Sponte sua nec criminibus uia prompta pateret,
 Inter confusos populorum libera coetus
 Versabare libens nullique obnoxia culpae
 Corda inhibens media<s> casto res more tenebas.
 Nullus telluri limes datus, indice nullo
 300 Culta secabantur neque iam discretio campum
 Metiri in dominos monstrauerat, omnia rerum
 Vsurpantis erant promiscaque iura per agros;
 Praestitera[n]t cunctis communia cuncta uideri.
 Denique cum placidas crebro dea uiseret urbes
 305 Tectaque iusta uirum passim succederet, illa
 Feruentis late pelagi natura salumque
 Fluctibus instabile et glauci uada turgida ponti,
 Qua senior cano nutrit sub gurgite Nereus
 Delphinos uirides et physeteras anhelos,
 310 Ignorata suo seclusaque fine iacebant.
 Nulla fides undis, tumido commercia fluctu
 Nulla petebantur neque longis nauita terris
 Insinuare ratem *susceperat*, exul ut oris
 Omnibus externas ueheret per inhospita gazas

290 precor in terras procul v V procul in terras p̄cor A
 293 nullis ꝑ nulli v | aeuum ꝑ aeuum v 294 innocuos *Aldus* : innocuo
 297 obnoxia v A obnoxia V 298 medias *Grotius* : media | tenebas
 v A tenebras V 300 secabantur v A secabant V 302 promisca-
 que ꝑ promiscua v | iura *Heinsius* : iura V thura v cura A 303 Prae-
 stiterat *Buhle* : Prae (Pre- v V) stiterant | communia ꝑ communia v
 305 iusta v A iuxta V 309 Delphinos v A Delpinos V | physeteras ꝑ
 physetras v | anhelos v V anhelos A 311 commercia A commertia
 V 312 petebantur v A petebantur V 313 susceperat *Hein-*
sius : ius (vis A) fecerat | ut oris ꝑ littoris v 314 inhospita v A
 inospita V

- 315 Aequora et insano penderet saepe profundo.
 Omnia sed cunctis nasci dabat aurea terris
 Iustitia et nullo discreuerat aere regna.
 At postquam argento deformis uiluit aetas,
 Rarius in terras os inclinabat honestum
- 320 Iam dea, uix summos adlabens denique montis,
 Cum cedente die Phoebus sub nocte propinqua
 Occiduis pronos urgeret in aequora currus,
 Vsurpandam oculis <se>se dabat adcurrentum,
 Non ut fessa uirum repararet gaudia uultu,
- 325 Sed crepula ut late uomeret conuicia uoce.
 'Parcite, uile genus!' lacrimis aiebat obortis,
 'Causa querellarum uestrum est scelus! aurea quondam
 Iudice me uestri uixerunt saecula parentes.
 Degener in uobis animus, solertia uobis
- 330 Peruigil, arte noua uitam traducere mos est.
 Omne aeuum studiis excuditis. hinc quoque rursum,
 Pro pudor adque dolor! nascetur uilior aetas
 Et lacerata genas ibit Bellona per urbes
 Saucia, ut infidas agitent certamina me<u>tis.'
- 335 Haec ubi permaesto rauco congesserat ore,
 Alite procurso sese in conuexa ferebat
 Protinus adque oculos fugiens exosa sequentum
 Linquebat coetus hominum. ruit haec quoque rursum
 Viuendi series ac successere pudendo

315 Aequora β Aequore *v* | insano penderet *v* insanos enderet β |
 profundo *v* *V* *A* *corr.* p̄cando *A* *pr.* 316 sed *v* *A* se.^d *V* 317 Iu-
 stitia *v* *V* Iusticia *A* 318 uiluit *v* *A* ¹² uiluit *V* tuluit *A* ¹ 320 ad-
 labens *v* *V* allabens *A* 321 Cum β Con *v* 322 sese dabat *Gro-*
tius; sedabat *v* sedebat β *u.* 324 *habet v, om* β 326 lacrimis *V*
 lachrymis *A v* 327 querellarū *V* querelarum *A v* | scelus *v* *A* celus *V*
 328 saecula *v* *A* secula *V* 329 solertia *v* *V* sollertia *A* 331 aeuum
v *A* eū *V* 332 Pro *V* Proh *A v* 332. 337 adque *V* atq; *A v*
 334 mētes *Aldus*; metis β metas *v* 335 p̄m̄esto *A* permesto *V* per-
 m̄esto *v* 336 Alite β Alter *v* | sese *v* *V* *A* *corr.* sere *A u, ras.*
 337 sequentum *v* *A* sequentiū *V* 339 series *v* *A* seriens *V*

- 340 Aerea saecla habitu. fraus ilicet et furor ardens
 Adque cruentus amor chalybis segnisque libido
 Et malesuada lucri rabies subit, omnia terror
 Degener ac maestae facies formidinis implet.
 Secreti inmodicus uada gurgitis ultima uersat
- 345 Tiphys, Agenoreo color hinc mentirier ostro
 Incipit Assyriumque bibunt noua uellera fucum,
 Ebria ut externo splendescat lana ueneno.
 Sic iusta in populos mox uirginis inculpatae
 Exarsere odia et caelum pernicibus intrat
- 350 Diua alis spatiumque sibi subuecta per auras,
 Vnde procul terras summa nix cerneret aethra,
 Propter anhela libens late capit astra Bootis.
 Istius extremis umerorum partibus urget
 Stella facem qualique rubent incendia flamma,
- 355 Quae subiecta procul caudam maioris ad ursae
 Vertice brumalis circumuoluuntur Olympi,
 358 Plurima quippe procul *claram* fax ardet in arcton,
 357 Talis utri<u>que modo simul et fulgore micat lux.
 359 Nec contemplandi labor anxius, omnia primis
 360 Obuia ceu uibrant obtutibus: unus ob ora,
 Qua sunt prima ferae nestigia, praeminet ignis,
 Altera, qua pedibus regio est elunalibus, ardet
 Stella itidem genibusque dehinc se tertia promit

340 Aerea β Aera v | saecla v .A secla V | ilicet v V illicet A
 341 Adque V Atq; A v | chalybis v chalibis V calybis A 342 male
 suada v A malesuada V 343 mestę A mestę V męstę v 344 in-
 modicus uada β in mediens uada v 345 Tiphys V Tiphis A
 Typhys v | agenoreo v .A agenoseo V 346 assyrium v A assiriū V |
 uellera v .A nellara V | fucū V fuccum A succum v 347 externo β
 extremo v 348 iusta v iuxta β 349 cęlum A celū V cęlum v
 352 anhela v V anhelā .A 353 umerorū V humerorum A v 354 fa-
 cem v A faciē V | flamma v V flama A 355 Quae v A Que V
 356 circumuoluuntur v A circumuoluunt V n. 358 ante 357 *conlocant*
Breysig 358 *claram Breysig*: clare 357 utrimque *Heinsius*: utrique
 359 Nec contemplandi β Ne contemplandi v 361 Qua *Matthiae*:
 Quae v A Que V | praeminet v .A p̄min& V 362 itidem β utidem v

Aemula, qua rutilae flagrant confinia caudae.

365 Non tamen his species, non sunt cognomina certa,
Sed permixta simul vulgi uice conuoluuntur.

GEMINI Illa quidem supero conserta relabitur axe,
Inscia piscosi semper salis. ipsius autem
Subiectos capiti geminos tibi cernere fas est,
370 Spartanam, geminos, subolem prolemque tonantis
Egregiam et proprio post reddita numina caelo.
Nam Lacedaemoniis Mars cum caluisset Aphidnis,
Castora Cecropii tulit inclementia belli.

At frater lucemque et fata superstitis aei

375 Exosus sortem lacrimis efflagitat aequam.
Protinus alternae germanos tempore uitae
Iuppiter attollit caelique in celsa receptans
Aeternae flagrare facis iubet ignibus ambo.

CANCER Aluo Helices cancer subuoluitur astraque cancro

380 Iuno, nouercales ut semper proderet iras,
Praestitit. hic etenim, Lernaei gurgitis hydram
Vreret Alcides cum flammiger, ausus in ipsum
Repere uictorem. qua duro concaua dorso
Tegmina curuantur, geminus micat ardor in auras.

385 Hos dixere asinos ortos Thesprotide terra
Et sidus, Lenaeae, tuum. disternat aer
Crassior hos. itidem qualis praesepibus esse
Forma solet, dispar chelarum flamma coruscat.

364 rutilae v A rutilae V 370 Spartanam v V Sparthanam A |
subole V sobolem A v | prolem v A ple V 371 proprio] patrio
Grotius 372 lacedaemoniis v A lacedemoniis V 373 inclementia
v V inclementia A 374 supstitis A superstitit V v 375 lacri-
mis V lachrymis A v 377 Iuppiter v V Iupiter A | attollit v A
attollit V | caeli ꝑ caeli v 378 Aeternae flagrare ꝑ Aeterne fla-
gare v 381 Praestitit v A Prestitit V | lernaei v A lernei V 382 flam-
miger v V flammiger A 384 curuantur v A curbantur V 385 ortos
v A orthos V 386 sidus v V sydus A | lenaeae v lenaeae ꝑ 387 iti-
dem ꝑ idem v | praesepibus v A psepiib. V 388 flamma v V flama A |
coruscat *Aldus* Germanici codd. : corusca

- Namque tribus stellis adoletur dextera cancro,
 390 Laena duas pigro succendit fomite flammias.
 LEO Qua postrema pedum rutilant uestigia in arcto,
 Maxima flammigeri mundus trahit ora leonis.
 Membra dehinc, longi qua <sese> semita caeli
 Plurima protendit, torrentur fomite acuto
 395 Singula et adsiduis ardet leo uiscera flammis.
 Hic Hyperionii flagrat uia Solis et isto
 Se duce caerulei referunt momenta caloris.
 Tum succisa Ceres strati *cum* mergite culmi
 Construitur, flauos tondentur semina crines
 400 Omnia et aduectas late coquit area messes.
 Tunc et Threicii repetunt animosa aquilones
 Flabra polo, tunc coeaneum stata flamina caeli
 Propellunt pelagus. longis hoc tempore in anni
 Otia sunt remis, pontus uehit ipse carinas.
 405 AVRIGA Aurigatorem par sit quoque cura uidere,
 Namque tuas aures inplebit fabula solers
 Cretaei pecoris. *haec* lac memoratur alumno
 Infudisse Ioui capra, nutrix dicta tonantis.
 Stelligero subuecta polo est, ille inpiger autem
 410 Pulcher Erichthonius currus et quattuor olim

389 Namq. V Nanq. A v 390 Laena duas v Lacua duas (dnas A) β
 Lerneas Auar | fomite v A fomitē V | flammias v V flamas A 391 LEO
 β (G), om v | postrema β portenta v | uestigia in v uestigiā V ue-
 stigia A 392 flammigeri v V flammigeri A 393 qua sese semita
 Aldus : quia semete | caeli β caeli v 394 protendit Aldus : pro-
 tendunt | torrentur v V terreni. A 395 Singula β Singuli v | adsiduis V
 assiduis A v | flammis v V flamis A 396 hyperionii v A yper.i.o.ni.i V
 397 caerulei v V cerulei A 398 Tum β Tunc v | Ceres, strati cum
 Heinzius : cere statio 399 semina v V semina A | crines v A orines V
 401 Threicij A threici v threici V² treici V¹ 402 coeaneum v V
 cyaneum A | flamina A flamina V | caeli β caeli v 403 in anni v
 inanni V manni A 405 cura β cara v 406 Nāque V Nanq. A v |
 inplebit V implebit A v | solers v V sollers A 407 Cretaei pecoris v
 Cræe ipse coris V Cræte ipse choris A | haec Aldus : hic 409 in-
 piger V impiger A v 410 erichthonius v A erictonius V

Iunxit equos, pronus <qui non> procul in geminorum
 Laeva iacet fusoque super se corpore tendit
 Plurimus adque Helices caput inclinatur ab ore.

Ille quidem in spatium membra explicat, ut capra laeua

415 Fixa umero clare sustollitur, ipsius autem

Fine manus paruas haedorum suspice flammis.

Qui postquam Oceano sese expediere sonoro,

Saeua procellosis inmittunt flabra fluentis,

Vt spumosa truci pulsentur litora fluctu

420 Et uaga caeruleas inuoluant aequora puppes.

TAVRVS Nec minus aurigae qua sunt uestigia curui,

Cornigeri late tenduntur pectora tauri.

Illic saetonsam pecoris perquirere frontem

Esto memor, flexo iacet illic crure, minaces

425 In terram figens oculos. *non* cetera signa

Flammis similem procul inter sidera formam

Ostentare ualent. gemino sic cornua ductu

Erigit aetherii uigor ignis, et ignis utrimque

Sic camuris ardet protractibus; hau tibi signis

430 Perquirenda aliis pecoris frons aequore surget

Oceani. proprio taurum deprendis ore,

Cornua sic uera sub imagine curua dehiscunt,

Sic media<m> creber pecori frontem asperat ignis,

41: Iunxit v V Iungit A | <qui non> add. Morel 412 Laeva v A
 Leua V 413 adq. V atq. A v 414 membra v V m̄bra A | ut β ac v
 415 umero V humero A v | sustollitur v V substollitur A 416 hae-
 dorum v V haedoꝝ A | flammis v V flamas A 418 procellosis v V
 pcelosis A | inmittunt V immittunt A v 419 litora V littora A v
 420 caeruleas v ceruleas β | puppes v ppupes V pupes A 421 auri-
 gae β aurige v 422 saetonsam : setonsā V setosam A v 425 figens A
 fingens V v | non *Breysig* : tum | cetera V caetera A v 426 Flammis β
 Flammorum v | sidera V sydera A v 427 ductu β ducto v 428 aethe-
 rii β aetheri v | uigor *Grotius* : rigor | utrīq. V utrinq. A v 429 Sic β
 Si v A corr. | camuris v V chamuris A | protractibus v A protactib.
 V | haud v audi V au A 430 pecoris v V fro pecoris A 431 depre-
 deris *Morel* : deprederis V deprehenderis A deprehenderis v 432 me-
 diam *Grotius* : media

- Sic hyades tauri toto procul ore coruscant.
- 435 At borean laeua qua taurus acumine pulsat,
Desuper aurigae dexter pes imminet astro.
Vna pedem aurigae dextrum cornumque sinistrum
Stella tenet pecoris. simul in conuexa feruntur,
Sed prior occidui taurus subit aequoris undas.
- 440 CEPHEVS Nec mea musa senem tacitum Cephea relinquet,
447 Non eget huius enim sedes sacra *mominis* <h>illum.
441 Iasiden quoque summa poli Cephea reuoluunt,
Illum quin etiam rutilae pater intulit aethrae
Donauitque polo. tergo Cynosuridos ursae
Post habitat geminasque manus a pectore tendit.
- 445 Ad diducta pedes tantum mensura seniles
446 Diuidit, extrema quantum pede distat ab ursae.
448 CASSIEPIA Rursum decliui si uisum tramite uergas,
Prima tibi ut flexi linguatur spira draconis,
450 Infortunatam spectabis Cassiepiam.
Sed nec multa tamen, cum caelum lumine toto
Luna replet, *taetram* ut superet fax aurea noctem,
Occurret genitrix oculis quaerentibus. *adstat*
Lurida maerenti; tenuis rubet ignis, et aegrae
455 Lux hebes est matri, uix qualem Caria quondam
Nouerat intrantem per claustra tenacia clauem.
Formatur stellis distantibus inque umeros uix
Tenditur angustus, natae fera fata retundunt.

435 borean β boream v 438 feruntur v A fer V 440 taci-
tum v tantum β u. 447 inter u. 440 et 441 posuit Breysig | momi-
nis Breysig: nominis | hilum Aldus: illum 441 cephea β cephaea v
442 rutilae A rutilae V v 445 tantum β tamen v 448 CASSIEPIA
v V(G) casiopea A | tramite v A tramitte V 450 Infortunatam v
Inportunatam (Imp. A) β | cassiepiam v V cassiopeam A 451 cae-
lum β caelum v 452 tetra V terram A v 453 genitrix V genitrix
A v | quaerentibus A querentibus V v | adstat Haupt: adsunt 454 Lu-
rida Schrader: Lucida | maerenti v A merenti V | aegrae V aegre A v
456 claustra v A claustra V | tenacia v tenaua β 457 Formatur β
Formatus v | umeros (ameros V¹?) V humeros A v

- ANDROMEDA Namque subest teretisque poli simul orbe rotatur
 460 Andromeda, ingenti quae semper luce coruscans
 Sponte oculos in membra rapit. face denique uertex
 Ardet anhelanti geminamque per aera fundunt
 Lucem ueneri et summis lux aestuat ignea plantis.
 Ignea quin etiam per caelum cingula flagrant
 465 Andromedae et toto uibrant in corpore flammae.
 Sed tamen hic etiam uiuax est poena dolenti,
 Nam diducta ulnas magna distendit in aethra
 Vinculaque in caelo retinet quoque, tenuia quippe
 Brachia contortis adstringunt uincula nodis.
 470 EQVVS Rursus odorato qua uertex crine tumescit,
 Andromedae capiti suppingitur indiga pleni
 Aluus equi, summo qua fax in uertice uibrat
 Virginis inque auras coni uice surgit acuti.
 Ipsa sub absciso late micat aurea uentre
 475 Cornipedis, simul hunc lux indiscreta retentat
 Communique rubent duo semper sidera flamma.
 Tris latus adque armos aliae pecori<s> pinxere
 Et spatio disiuncta pari fax aemula flagrat:
 Plurimus ignis inest, uasto globus aestuat orbe.
 480 Sed non et capiti similis rubor ipsaque ceruix,

459 Nam que V(n) Anq̄ v A | rotatur Grotius : notat A V² no-
 tatus v notat V¹ 460 ingenti Grotius : inenti | quae v A que V
 461 membra v V m̄bra A | rapit β rapi v 462 anhelanti : anhel-
 lanti A hanelanti V v | geminamq̄ v A geminanque V 463 ueneri V
 humeri A v | summis v A sumis V | plantis v A V corr. slantis V pr.
 464 caelum β caelum v 465 flammae v V flamq̄ A 467 ulnas v
 uinas β | in v, om β 468 que V quae A v | caelo v A celo V | retinet
 Grotius : retinent 469 adstringunt v V astringunt A | uincula Gr-
 otius : nubila 470 qua Grotius : quae v A que V 472 eq Aldus :
 equis v aequis V equus A | sūmo v A sumo V | qua Grotius : quae A
 que V v | uibrat v uibrant β 473 coniuice V comuice A v 474 abs-
 ciso V absciso A abtisso v | uentre v A uentrae V 475 hunc Al-
 dus : hoc 476 sidera V sydera A v | flamma v V flama A 477 ad-
 que V atq̄ A v | armos Aldus : armus v V harmus A | pecoris Aldus :
 pecori v pecore β 479 ignis v A ignis V | aestuat v A estuat V
 480 non & Aldus : et non

Quamuis procero surgat iuba maxima collo,
 Languida marcenti uix est spectabilis igne.
 Vltima quae mento sese explicat, haut minor illa
 Quattuor est primis, quae formam lumine claro
 485 Cornipedis simulant. non hic equus integer artus,
 Non quadrupes caelo sustollitur, *at* tenuis aluo
 Erigitur media, *nam* cetera pone negantur,
 Et quatit aetherias primis modo cruribus auras.
 Hunc, hunc Aonio quondam memorant Helicone
 490 Inclyta post Lyciae redeuntem bella Chimaerae,
 Mystica qua rupes doctis obmurmurat antris,
 Herbarum carpsisse comas et gramine odoro
 Expleuisse famem, sed cum sitis arida fauces
 Vreret ac nullo manaret gurgis hiatu,
 495 Inlisisse pedem — cornuque excita repente
 Lymfa camenalem fudit procul Hippocrenen.
 Aones hoc latici posuerunt nomen equino
 Pastores. strepit haec placido inter saxa susurro
 Adque Helicone cadens sese sitientibus herbis
 500 Inserit, Ascraeas donec uaga gurgite ualles
 Viuificet. rigat hac animas et Thespia pubes
 Semper et in latices inhiat gens fontis alumni.
 Ast ecus alterno redit inter sidera motu
 Oceanique salo caput exserit. haut tibi magni

481 surgat *A* surget *Vv* 483 haut *A pr.* haud *A corr.* aut *V*
 ut *v* 484 Quattuor *v A* Quatuor *V* 486 caelo β caelo *v* | *at Aldus* :
 et 487 *nam Grotius* : iam | cetera *V* caetera *A v* 488 aetherias β
 aethereas *v* 489 Hunc β Nunc *v* 490 Inclyta *v A* Inclita *V* | lyciae
v A liciae *V* | chimærae *v A* chimere *V* 491 Mystica *v A* Mistica *V* |
 doctis obmurmurat *v* doctis imurmurat β^2 docti oumurmurat β
 492 carpsisse *v A* carpsisse *V* | odoro *Aldus* : odore 495 Inlisisse *V*
 Illisisse *A v* 496 Lymfa *V* Lympha *A v* | hippocrenen *A* hippocreuen *V*
 hippocrenem *v* 498 susurro β susuro *v* 499 Adq. *V* Atq. *A v* | her-
 bis *v V* herbis *A* 500 Inserit ascraeas *v A* Inscritur ascreas *V*
 501 Viuificet *A* Vuificet *Vv* 503 ecus *V¹* equus *A v* *V²* | sidera *v V*
 sydera *A* 504 Oceani *v A* Ociani *V* | salo β sale *v* | exserit haut *V*
 exerit haud *A v*

- 505 Cura laboris erit caelo spectare sereno
 Cornipedem, micat ille procul flagrantibus astris
 Et perfusa recens educit pectora ponto.
- ARIES Tum celer ille aries, longi qui limitis orbe
 Aethera percurrens numquam Cynosuridos ursae
- 510 Segnior ab lapsu conuertitur, haut procul astro
 Visus equi, magno celsum secat aera motu.
 Parcior hic rutilae semper facis, indigus ignis
 Spectatur iusti. nam quanti luminis astra.
 Esse solent, aciem quibus aurea luna retundit,
- 515 Marcida lanigeri tantum se forma sub auras
 Exerit, in tenui quamquam primordia Phoeben
 Orbe habeant nulloque decus dea proferat ore.
 Sed licet hunc oculis frustra sectere per aethram,
 Nam semper propriis caret ignibus: en tibi propter
- 520 Andromedae claro rutilantia cingula in astro
 Suspectanda patent. uocat ingens balteus ultro
 Quaerentem. non longa aries statione locatus
 In conuexa redit, paruo se tramite subter
 Distinet et medio caelum citus ordine currit,
- 525 Vltima chelarum qua brachia quaque corusco
 Circulus axe means rutilum secat Oriona.
- DELTOTON Est etiam Graio quod semper nomine nostri
 Deltoton memorant. simile in latus istud utrumque
 Porrigitur, summum signo caput angulus artat
- 530 Et gemini suprema iugi uicinia mordet.
 Tertia quae stantes sustentat linea ductus,

505 celo β caelo v 508 Tum ζ t Vnc v | limitis v V luminis A
 509 Aethera β Aetherea v nūquā V nunquam A v 510 haut : haud A
 aut V v 512 Parcior V Partior A v | rutilae v A rutilae V 513 Spectat-
 ur v Spectator β 516 quāquam v V quanquā A 518 aethram v V
 aethram A 519 en β & v 522 Quærentem v A Querentē V 524 cae-
 lum β celum v 525 qua A quae V que v 527 DELTOTON |
 deltoto^N (2) G | etiam β iam v 528 simile in (i. l.) latus (lat V) β
 similem latet v | utrūq; β utrumq; v 529 summum v V corr. sum-
 mo β | artat v V arctat A

Parcior, <h>aut simili sese sub limite tendit
Et contracta modum gemina face flammigerarum
Stellarum superat. quin et qua subter in astro

- 535 Lanati marcent pecoris pluuioque tepescunt
Iam uicina noto, minor istaec linea luce
Et fulgore facis praeuertitur. at locus olli
Pos tergum Andromedae. sic se tulit ordo dicatus.

PISCES Hinc si uicino flectaris lumina uisu

- 540 Inque notum sensim boreali ab cardine ductos
Inclinere oculos, proles tibi, *Derceti*, pisces
Surge<n>t *Bambycii*. sedes data quippe duobus
Piscibus, ingenti qua celsam circulus aethram
Orbe secat. tendit qua pinna<e> extrema sinistrae

- 545 Ales ecus, mundo qua pectora laniger alto
Urget et aduerso surgentem corpore taurum
Respicit: hi[n]c medio signantur sidere pisces.
Quorum alius rigida consurgit in aera forma
Celsior et borean propior *subit*, alter aquarum,

- 550 Troicus haurit aquas funditque <ubi e>phebus ab urna,
Pone audus iacet in notialia nubila pronus.
Sed tamen hi late stellis ex ordine fusis

532 Parcior β Parctior *v* | haud *Aldus* : aut 533 gemina *Al-*
du : geminas | flammigerarum *v* *V* flammigera ξ *A* 534 Stellarum
v *A* Stellerū *V* | qua *Buhle* : quæ *Aque* *V* *v* 536 istæc *v* istêc *A* astec *V*
537 praeuertitur *Aldus* : preuertitur | olli *v* *V* illi *A* 538 Pos *V* Post
A *v* | andromedae β andromede *v* | se tulit *v* retulit *V* rettulit *A* |
dicatus *v* dicat *V*, om *A* 539 Hinc *V* hinc *v* N Inc *A* | uisu *v* *A*
uisō *V* 540 sēsīm *Aldus* : sensi β sensum *v* | boreali β bor-
reali *v* | ductos *Heinsius* : doctus *v* *V* duct⁹ *A* 541 Derceti *Heinsius* :
tertia | pisces *Morel* : piscis 542 Surgent *Aldus* : Surget | Bambycii
Grotius : bombicii 543 ingenti *Aldus* : incenti β incerti *v* | celsam β
celsum *v* 544 pennae *Grotius* : pinna *v* *V* pirina *A* | sinistrae *v* *A*
sinistre *V* 545 qua *v* *V* qui *A* 547 hic *Grotius* : hinc | sidere *v* *V*
sydere *A* 549 borean : boreā *V* boream *A* *v* | propior β ,pprior *v* |
subit *Grotius* : sapit *u.* 550 del. *Heinsius* | haurit *v* *A* auriat *V* |
aquas β quas *v* | -que ubi ephebus *Grotius* : quo phebus (phœbus *A*)

Nectuntur caudas et lenta trahuntur utraque
Vincula, per caelum coeunt quae singula rursum

555 Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
Caelestem memorat quem solers Graecia nodum.

PERSEVS Ex umero Andromedae laeuo quoque noscere piscem,
Qui rigidum celsi suspectat cardinis axem,
Perfacile est, ulnae nam proximus iste sinistrae

560 Caerulus erigitur. quin et uestigia propter
Persea sub uolucris par est tibi quaerere forma.
In caput inqueumeros rotat aegra<m> machina mundi
Andromedam, Thraeci nam sub flabris aquilonis
Nititur alato uindex pede, maxima cuius

565 Dexteram maerentis solium prope Cassiopeae
Tenditur ingentique dehinc uestigia passu
Puluerulenta quasi cano procul aere pandit.

PLEIADES Pleiades femoris pariter sub fine sinistri
Perseus protollit. locus has habet artior omnis
570 Conexas. <omnis> lentae facis haud procul istas
Ostentat rutili lux sideris, aegra sororum
Lumina; nec claro flagrat rubor aureus astro.
His genitor, uero si fluxit fabula fonte,
Poenus Atlas, subiit celsae qui pondera molis

553 Nectuntur ꝑ Nectantur v 554 celum A celū V caelum v |
coeunt v V count A | quae v A que V | singula *Buhle*; cingula | rur-
sum v rursu V rursus A 555 tenent A teneant. V teneantur v
556 Caelestem A Celestem V v | solers v V sollers A | græcia A grecia
V v | nodum ꝑ mundum v 557 umero V humero A v 560 Caerulus
v V Cerulus A 561 par *Aldus*; pars | quaerere v A querere V | forma
v V formę A 562umeros V humeros A v | rotat v VA² rorat A¹ |
ægrā *Aldus*; aegra 563 Thraeci nam *Heinsius*; thraici nam v threicii
nā V nam threicy A | flabris v fabri ꝑ 565 cassiopeae v V cassiopeę A
566 dehinc v V dabant A 567 pandit v V tendit A 568 PLEIADES
v A (G) PLEIADOS V 570 Conexas V Connexas A v | <omnes>
add. Schaubach | lentae ꝑ lente v | istas ꝑ istis v 571 Ostenta tru-
tuli V Ostentat rutuli v Ostentata truci A | sideris v V syderis A
574 atlans V atlas A athlas v | subiit celsae v subiit celse V subyt
celsę subyt A | pondera A pondere V v

- 575 Caelifer adque umero magnum super aethera torquet.
 Fama uetus septem has memorat genitore creatas
 Longaëuo, sex se rutila inter sidera tantum
 Sustollunt. septem fert fabula prisca sororum
 Nomina (sex sese tenui sub lumine reddunt):
- 580 Electra Alcyoneque Celeno Taygeteque
 Et Sterope Meropeque simul famosaque Maia
 Prole dei. cerni sex solas carmine Minthes
 Adserit, Electram caelo abscessisse profundo
 Ob formidatum memorat prius Oriona.
- 585 Pars ait Idaëae deflentem incendia Troiae
 Et numerosa suae lugentem funera gentis
 Electram taetris maestum dare nubibus orbem,
 Saepius obscuris caput ut sit cincta tenebris.
 Non numquam Oceani tamen istam surgere ab undis
- 590 In conuexa poli, sed sede carere sororum
 Adque os discretim procul edere, de<te>statam
 Germanoque choro subolis lacrimare ruinas
 Diffusamque comas cerni crinisque soluti
 Monstrari effigiem. diros hos fama cometas
- 595 Commemorat tristi procul istac surgere forma,
 Vultum ardere diu, perfundere crinibus aethram,
 Sanguine suppingi rutiloque rubere cruore.

575 adq. umero *V* atq̄ humero *A* *v* 576 Fama *v* *V* Flama *A* |
 has β, om *v* 577 Longaëuo *v* *A* Longeuo *V* | se rutila *v* *V* hæc turba *A* |
 sidera *v* *V* sydera *A* 579 tenui *v* *V* *A* 580 Electra *v* *V* *corr.*
 Erecta *V* *pr.* Helectra *A* | alcyone β alycone *v* | Taygete *A* targete *v*
 tarigite *V* 581 famosa *v* *V* formosa *A* | Maia *Aldus* : mala *v* malâ
 (-am *A*) β 582 cerni *v* *V* ermi *A* | minthes *V* mîthes *v* manthes *A* *Smin-*
thes Robert 583 Adserit (Ad se *A*) β Asserit *v* | electram *v* *V* helec-
 tram *A* | caelo *v* *A* celo *V* 585 idaeae β idææ *v* | deflentem *v* *V* deflentem *A*
 587 Electram *v* *V* Helectram *A* | taetris *V* taetris *v* ætherijs *A* | me-
 stum *A* mestū *V* mesta *v* 588 Saepius *v* *A* Sepius *V* 589 Nonnū
 quam *V* Non nunquam *A* *v* | tamen β tamen inde *v* 591 Adq.
 Atq̄ *A* *v* | discretim *v* *V* discreti *A* | detestatam *Grotius* : destitutam
 592 subolis *V* sobolis *A* *v* | lacrymare ruinas *Grotius* : lacerata ruinis
 593 Diffusam *v* *A* Diffusam *V* 595 istac *Breysig* : istos 597 sup-
 pingi *A* suppingui *V* sub pingui *v*

Quin Meropen *alii*, postquam <Si>syphēia uincla
Et thalamos saeuo sortita est omine diuum,

600 Indignam aëria credunt mage sede fuisse.

Sic anceps numeri fit fabula sexque per aethram
Vergilias cerni tenet usus, sed simul omnis
Artauere globum. ter in auras angulus exit
Flammiger et mixtis Atlantides ignibus ardent.

605 Nec tamen est famae similis uigor, ampla sorores

Fabula nobilitat, modus ollis parcus et ignis
Vix tenui longe face fit spectabilis. istas,
Alterno redeunt cum bina crepuscula mundo,
Seu nox *astrales* adolet cum caerulea flammās.

610 Seu matutinus cum sidera dissicit ortus,

Conuolui caelo summae pater annuit aethrae.
Nec minus arenti cum crine attollitur aestas
Et cum cana comas redit anno bruma rigenti,
Tempora dissignant. nam si se gurgite tollunt

615 Vergiliae, curuas in flaua noualia falces

Exercere dies; si condunt aequore flammās,
Tellurem presso proscindere tempus aratro.

LYRA Est chelys illa dehinc, tenero quam lusit in aeuo

Mercurius, curua religans testudine chordas,

620 Vt Parnaseo munus memorabile Phoebo

Formaret neruis opifex deus. hanc ubi rursum
Concentus superi compleuit pulcher Apollo,

598 Quin meropen v V Pura mero p A | alii *Grotius* :
adiit v V A | sisyphēia *Aldus* : syphēia v V, om A | uincla v
uincula V, om A 599 Et v VP A 600 aëria v V aëua A 601 anceps
v A canceps V 602 cerni β cernit v 603 Artauere V Arctauere A v
604 Flammiger v V Flamiger A 607 fit v V sit A 609 nox β
mox v | *astrales Grotius* : australes | caerulea : cerula | flammās v V
flamas A 610 sidera dissicit v V sydera disycit A 611 caelo β
cælo v 612 arenti v A harenti V | aestas β aestus v 614 dis-
signant v V designant A 616 Exercere v Exergere V Exegere A |
aequore β aëquora v | flammās v V flamas A 618 chelys v A V²
chelis V¹ 619 Mercurius v V Mercurÿ A 620 phæbo v A ^hhoëbo V

Orphea Pangaeo docuit gestare sub antro.

Hic iam fila nouem docta in modulamina mouit

625 Musarum ad speciem musa satus, ille repertor

Carmina Pleiadum numero deduxerat. at cum

Impia Bassaridum carpsisset dextera uatem

Et deuota uirum tegerent Libenthra peremptum,

Intulit hanc caelo miseratus Iuppiter artem

630 Praestantis iuuenis, pecudes qui et flumina uates

Flexerat. ad nixi qua semet sidera ponto

Sustollunt, laeuum propter chelys haec femur adstat.

Aduolat ast aliud latus ales et ora canoros

Tenditur ad neruos, media est lyra sede dicata,

635 Cygneo capiti et curuo contermina signo.

CYGNVS Namque et sidereis cygnus secat aethera pinnis,

Donatus caelo, non claro lucidus astro,

Sed tamen os flagrans et guttura longa coruscans.

Grandibus haud equidem stellis, non his tamen atris

640 Obscurisue micat. trahit in conuexa uolatum

Perfacilem et dextro late Cepheida dextram

Radens remigio summa ad uestigia laeuam

Declinatur equi. sic magno praepes Olympo

Subuehitur, subit occidui sic marmoris undas.

623 pangaeo V pangato v pegaseo A u. 624 et 625 om A, spatio uacuo relicto u. 626 inscribitur cygnus A | pleiadum numero deduxerat at cum v V Apollo diu memorandū dux'it arcum A 627 Impia V Impia v In qui A | bassaridum v V bus saridum A 628 tegerent v tegeret β | libenthra V libethra A v | peremptum v V potentum A 629 caelo β cælo v | miseratus iuppiter v V miratus Iuppiter A 630 qui Morel: q. V q. A v 631 Flexerat v V Flex'it A | ad] at Grotius, ac Breysig | sidera v V sydera A | ponto Haupt: porro β porrho v 632 chelys v A chelis V | femur β femur v | adstat v V astat A 633 ast aliud latus v V... Laudatus A 634 Tenditur v V Tundit A | lyra sede v lira sede V haud çde A 635 Cygneo β Cygneo v 636 CYGNUS V CYGNVS A v (G) | Nāque V n Amq̄ v n NAnq̄ A | sydereis v sideriis V sydonijs A | cygnus v V cygnus A V² | secat β sæcat v 638 flagrans β flagrat v | coruscans v A coruscans V 639 his Aldus: hic 643 praepes A praepes V v

- 645 AQVARIVS Nam post cornipedem flagrant duo sidera pisces,
 Pisces **Bambycii**, caput autem subter equinum
 Laomedontiadae se dextera tendit ephēbi.
 Ipse dehinc longos insignis aquarius artus
 Adstat ad hirsuti caudam pulcher capricorni.
- 650 CAPRICORNVS Imus ut australi descendit circulus axe
 Signifer inque notum rutili cadit orbita solis,
 Hispida saetosi marcet species capricorni.
 Hic iam Threicio ueniens a cardine Phoebus
 Vertit iter pulsusque deum, mirabile dictu,
- 655 Brumalis redigit. non tum mihi longa phaselis
 Aequora temptentur, non tum freta turbida pinu
 Quis petat! angusto decurrit tramite namque
 Parua dies uastoque dehinc deprensus in alto
 Nequicquam pigrae clamavit sidera lucis.
- 660 Interea totis notus acer saeuiet undis
 Excitumque salum uerret notus. aurea Solis
 Cum rota cornigeri sidus pepulit capricorni,
 Tum dirum caelo frigus redit, aspera nautis
 Tunc **freta** fluctuagis, tamen isti saepe malorum
- 665 Inmemores agitant totos in fluctibus annos,
 Mergorum et foci<s> similes. trahit unda pauentis

646 Bambycii *Grotius* : bombycii *v V* Bombicij *A* | autem ꝑ aut *v* |
 subter *v A* sup̄t *V* 647 Laomedontiadae *v A* Laomedantia dae *V* |
 dextera ꝑ dextra *v* | ephēbi *V* ephēbi *A v* 648 artus *v VA corr.*
 arcus *A pr.* 649 capricorni *v A* capricornu *V* 650 ut ꝑ aut *v* |
 australi *A* astrali *V v* | descendit *v A* descendi *V* | axe *v A* axae *V*
 652 saetosi *V* setosi *A* saetosa *v* 652 Hic *v V* Hunc *A* | ueniens *v A*
 uenieris *V* | phoebus ꝑ phœbis *v* 656 temptent̄ *A* temptentur *V*
 tententur *v* 657 angusto ꝑ angustu *v* | tramite *v* tramine *V*
 *A* | nāque *v V* nanq̄ *A* 658 dep̄nsus *V corr.* dep̄rehen-
 sus *v* dep̄ssus ꝑ 659 Nequicquam *Aldus* : Nequaquam | cla-
 marit *Morel* : clamauit | sidera *v V* sydera *A* 661 solis ꝑ salis *v*
 662 sidus *v V* fedus *A* | pepulit *v A* pepu pepullit *V* 662 caelo ꝑ
 celo *v* 664 Tunc | Tum *Breysig* | freta *Heinsius* : sunt *v st V* cito *A* |
 isti *v V* istis *A* | saepe *v A* sepe *V* 665 Inmemores *V* Immemores *A v*
 totos *v V* totis *A* 666 foci *Breysig* : foci *v V* phoci *A*

Ac retrahit, quaerunt oculis distantia longe
Litora et in pontum cogunt lucra semper hiantis.

SAGITTARIUS Par metus ex pelago tibi sit quoque, sole sagitta

670 Cum leuis adflatur, cum lux in arundine flagrat
Ignis mundani, cum tela extrema coquantur
Cumque sagittiferi torret uapor aureus arcus.
Tum quoque si piceam spectaris surgere noctem,
Informem taetris tellurem ut uestiat alis,

675 Litus ama, solers fuge caerula tegmina noctis
Exitiumque sali rabidique pericula ponti
Ante ueni, iam solue memor uaga carbasa malo,
Iam prolixarum iaceat rigor antemnarum.
Mensis at infausti uel duri sideris index

680 Scorpius exoriens sit tempore noctis adultae:
Hic matutino ueniens procul aequare telum
Exigit e pelago, telum trahit ultima cauda.
Cunctatur pigro pos tergum sidere iuxta
Arquitenens tardos et gurgite liberat artus.

685 Tum Cynosura etiam maturae in tempore noctis
Altius in borean sustollitur, abditur autem
Orion redeunte die, tum brachia Cepheus
Protentasque manus mediamque inmergitur aluum.

SAGITTA Quin norunt aliam superum conuexa sagittam.

690 Sed tamen haec arcu tereti caret inscia nerui,
Inscia nam domini est. telum super aduolat ales,

667 quaerunt *v* *A* queŕ *V* 668 Litora *V* Littora *A* *v* | in β , *om* *v* |
pontum *v* *A* spontū *V* | hiantis *v*, *om* β 670 adflatur *v* *V*
afflatur *A* 671 coquant⁽²⁾ *V* coquantur *A* *v* 672 arcus *A* artus *V* *v*
674 taetris *v* *V* tetris *A* 675 Litus β Littus *v* | fuge sollers caerula *A*
fuge solers caerula *V* *v* 678 prolixarum *v* *V* prolyxarum *A* | antē-
narum *v* antē narū *V* antennarum *A* 679 sideris *v* *V*¹ syderis *A* *V*²
683 pos *V* post *A* *v* | sidere *Buhle* : sidera *v* *V* sydera *A* 684 Arquitenens *V*¹ Arcitenens *V*² *A* *v* | liberat artus *Aldus* : libera tardus
685 cynosura *v* *A* cinosura *V* | maturae β mature *v* 686 boreā *V*
boream *A* *v* | abditur β abditus *v* 688 inmergitur (-git *V*¹) β
immergitur *v* 689 aliam β alia *v* 690 nerui *Morel* : neruis
691 telum β cōlum *v*

Ales olor, sed Threicio conterminus axi
Cana pruinosa extendit colla sub arctos.

AQVILA Armiger hanc etiam Iouis aduolat, arbiter ignis

695 Aetherii, sed membra minor. procul hic tamen alto
Cum redit a[c] pelago <et> mouet in conuexa uolatum
Fine tenebrarum summaeque in margine noctis,
Spumosum late mare subruit; omnia caeli,
Omnia terrarum mox flabra procacia uerrunt.

700 DELPHIS Tum curuus caudam subit inter sidera delphis,
Dux, Neptune, tui quondam super aequor amoris.

Hic nam detrusae <in> latebras procul Amphitrites,
Arduus occiduos umeris ubi sustinet axes
Pleiadum genitor, perruperat. hic uagus omni

705 Gurgite dilectam domino maris ultimo ab orbe
Mollis dorsa tulit. breue signo corpus in astris
Et super auritum ponto surgit capricornum.

Hic medios artus taeter stupet, altera porro
Quattuor inlustrat facibus rubor aureus adque

710 Bis gemino discreta situ micat ignipotens lux.

Omnia, quae soli et rigido interfusa aquiloni
Aetheris incurui moles rotat inque frequentes
Occasus ortusque trahit moderator Olympi,
Sunt digesta mihi. quae rursus limite abusque

694 arbiter | armiger *Grotius* 695 Aetherii β Aetherei v
696 a *Aldus*: ac | <et> *Morel* | conuexa uolatum v A conuexa
uolutū V 697 q v A quae V 698 caeli β cœli v 699 procacia A
procatia V v | uerrunt v A uerf V 700 DELPHIS v V (G) Delphin A
delphis nō delphin A *marg.* | sidera v V sydera A 701 neptune v V
neptūne A | aequora moris v V equora amoris A 702 nam β tam v |
detrusae V detruse v detrusas A | <in> *Aldus* 703 Arduus v V
Arduōs A | humeris A umeri V humeri v | ubi β tibi v 704 Pleia-
dum v A Preia dum V | genitor β genitos v | perruperat v per-
superat β 705 ultimo *Aldus*: ultima β ultro v | ab v A ob V
707 capricornum v A capricornu V 708 taet V teter v teri... A |
porro β porrho v 709 inlustrat V illustrat A v | adq. V atq. A v
710 micat *Aldus*: mitigat v V miti... A 711 quae v A que V
u. 713 om β | olympi *Aldus*: olympus v 714 quæ A que V v

- 715 Sese Hyperionio pluuiialis concaua in austri
Demittunt, taetram donec notus ambiat aethram,
Dicere Romuleo conitor carmine solers.
- ORION Subtrahit obliquo qua sese circulus orbe
Signifer *a* borea in<que> australes se gerit umbras,
- 720 Sub medii iam mole poli fera pectora tauri
Suspiciit Orion. neque quisquam nocte serena
Transierit, celso late se cardine pandit
Auratumque rubens demittit balteus ensem.
- SYRIVS Talis et ipse uirum gemina ad uestigia custos
- 725 Insequitur. sic flammigero distinguitur astro
Aetheriae canis ille plagae, cui plurimus ardor
Aestuat in mento, multus rubor inbuit ora.
Stridit anhelanti face pestifer, aera motu
Torret, et inmodici terras coquit ignibus astri.
- 730 Hic uarios ardet stellis rutilantibus artus,
Sed non est similis cunctis uigor, undique quippe
Alu[e]us coeanea est, mento grauis effluit ardor,
Qui formidato sub nomine Sirius aethram
Vrit. huic rutilos si Sol adflexerit axes,
- 735 Quantus corporibus, quantus labor inminet agris!
Marcebunt sata cuncta diu, namque indiga suci,
Siqua iacent, cedunt ualido penetrata calori,
Ac decoctorum languerunt germina florum.

715 hyperionio β hypironio v | pluuiialis v A pluialis V 716 De-
mittunt *Lemaire* : Dimittunt | taetram v V tetram A 717 conitor
v V cōnitor A | solers v V corr. sorers Vpr. sollers A 719 a borea
inque *Grotius* : in boream (Boream A) | australes se gerit *Grotius* :
australe sederat (soderat Vpr.) | umbras v A ūbra V 720 Sub
Grotius : Vt 722 late v A latae V 723 demittit *Schrader* : dimittit
725 flammigero v V flamigero A 726 Aetheriae β Aetherie v |
plagae A plage Vv 727 inbuit V imbuit A v | ora β ore v 728 an-
helanti v V anhelanti A | face v A facē V 732 Aluus coeanea *Gro-
tius* : Alueus ocaanea v V ocaanea A 733 sirius v V Syrius A 734 ad-
flexerit v V afflexit A 735 inminet β imminet v | agris V ægris A v
736 suci V succi A fuci v 737 penetrata v A pentrata V

Illa autem, interno quae sunt animata uigore,

740 *Sirius* attollit blandusque inlabitur herbas

Sirius et dulci nutrit tepefacta sereno.

Hunc, hunc, flammanti cum primum uibrat ab ortu,

Auribus adque animo capimus procul. altera siquae

Stellarum fuluo rutilant, quae plurima longi

745 *Belua* fert lateris, neque multa luce coruscant

Et designandis tantum sunt addita membris.

LEPVS *Paruulus* in stellis *lepus* est quoque, namque ubi magnus

Emicat *Orion*, gemina ad uestigia subter

Urgetur cursu rutili canis. ille per aethram

750 Effugit instantem, premit autem *Sirius* ore.

Auritus primis emittit gurges ab undis,

Ille minax pauidum super editur et procul idem,

Cum *lepus* occiduam sese inclinauit in aequor,

More latebrarum repetens freta, *Sirius* alto

755 Defluit ab caelo mersumque per umida quaerit.

ARGO *Magnus* *Iasoniam* cauda canis extrahit *Argo*

Puppe refulgentem. neque enim se *Thessala* cumba

Sollemne in faciem rostro mouet. extrema *puppis*

Surgunt Oceano, uelut alto a gurgite nautae,

760 Cum portum tenuere, auidi uolitantia raptim

Sipara conuertunt tergumque incurua remulsi

Litora certatim subeunt simul. illa *marinas*

Iam defuncta uias procul imi litoris *algas*

739 uigore *v* uitore *V* nitore *A* 740 *Sirius* *Grotius* : Si prius |
attollit *v* *A* adtollit *V* | inlabit̃ *V* illabitur *A* *v* | herbas *v* *V* herbas *A*
741 nutrit *v* *A* nutri *V* 742 flammanti *v* *V* flammanti *A* 743 Auri-
bus *v* *A* Aãrib. *V* | adq. *V* atq. *A* *v* 744 Stellarum β Sellarum *v*
745 *Belua* *v* *V* *Bellua* *A* | coruscant *v* *V* coruscans *A* 747 nãque *v* *V*
nanq. *A* 749 Urgetur *A* Urget̃ *V* Vergetur *v* 750 *sirius* *v* *A*
sirios *V* 753 aequor *v* *A* eqnor *V* 755 cęlo β cęlo *v* | umida *V*
humida *A* *v* 757 cūba β cymba *v* 758 Sollemne β Solenne *v* |
rostr̃o *Heinsius* : ostr̃o β monstro *v* 761 remulsi *Breysig* : remulco
762 *Litora* *V* *Littora* *A* *v* | subeunt β sub eunt *v* 763 litoris *V*
littoris *A* *v*

Pone subit terramque tenens secura quiescit.

- 765 Sic Argo rutilam tantum inter sidera puppim
Ducit *et* occultat rigido tenus altera malo.
Sponte gubernaculum puppis demittit in undas
Celsior ac merso descendit in aequora clauo.

CETOS Distantem Andromedam prolixi tramite mundi

- 770 Perterret *cetos*. nam Threicii prope flabra
Andromedam boreae celso rotat aethere cardo,
Belua dira noto uehitur, trahit auster in *ar<c>to<n>*
Ora inimica salo. nam qua se laniger alto
Caelo aries tollit, qua piscibus astra duobus

- 775 Argentur, rutilat subter Nereia pistrinx,
Efflua percurrrens non multum fluminis astra.
Illa memor longae formidinis, illa duorum
Inter signa tenax horret squalentia monstri
Terga procul pauidumque super caput inserit undis.

- 780 FLVMEN Quin et caeruleo flumen quoque gurgite manat
Astra inter sedesque deum. pars aequor *id* esse
Credidit. Ausonii namque hunc dixere priores
Heridanum, Venetos late qui lapsus in agros
Alpino Hadriacos inpellit gurgite fluctus.

- 785 Hic fusum caelo quondam Phaethonta sub undas
Excepit senior, leue cum sensere iugales
Aetherii rectoris onus cumque ignifer axis
Tramite sub mundi mortales spreuit habenas.

765 sidera *v* *V* sydera *A* | puppim *v* *A* pupi *V* 766 Ducit et
Buhle: Ducitur 767 gubernaculum *A* gubernaculum *V* *v* | demittit
Heinsius: dimittit 769 CETOS *v* *V* (co&os *G*) cetus *A* | prolixi *v* *V*
plyxi *A* 770 cetos *Aldus*: ectos | threicii *v* *A* treicii *V* 771 boreae
v *A* boreae *V* | cardo *v* carda *β* 772 Belua *v* *V* Bellua *A* | uehitur *A*
uehitur *v* | areton *Grotius*: orto 774 Caelo *β* Caelo *v* 775 nereia *β*
mercia *v* 777 longe *A* longe *V* *v* | duorum *V* suorum *Grotius*
780 caeruleo *v* *V* ceruleo *A* | manat *Schrader*: manas *v* *V* manans *A*
781 aequor *id* *Grotius*: aequoris 782 nāque *v* *V* nanq̄ *A* 783 Heri-
danū *V* Eridanum *A* *v* 784 hadriacos *β* adriatus *v* | inpellit *V* im-
pellit *A* *v* 785 caelo *β* caelo *v* | phaethonta *V* phætonta *A* *v*
787 onus *V* honus *A* *v* | cūq̄. *v* *V* cum *s* *A*

Didita tum late texere incendia terras;

790 Astra uorax ignis, flammae sola cuncta coquebant,
Donec fata sui miseratus Iuppiter orbis
Redderet aetherii Phoebō moderamina cursus.

Illum prolixis durae Phaethontides *aluis*
Planxerunt, rediit supero pax aurea mundo

795 Heridanumque senem nutu Iouis omniparentis
Astra receperunt. Pharium pars altera Nilum
Commemorat, largo segetes quod nutriat amni
Arentisque locos unda fecundet alumna
Vel quod de medii prolapsus parte diei

800 Vastus in aequoreas pelagi sese inferat undas.
Iste pedem laeuum rutili subit Orionis
Fusaque quae geminos adstringunt uincula pisces
Heridani coeunt amfractibus, ut procul ille
Tenditur effusi uī gurgitis. huc quoque cristae

805 Cedit apex, summa qua lux pristice coruscant
Desuper et flamma caudarum cingula figit.

PISCIS MAIOR Inter demissum procul in uada caerulea clauum
Puppis Iasoniae depictaque terga carinae

Et pistrim undicolam, leporis qua tenditur aluus,
810 Stellarum creber rutilat rubor. haud tamen istis
Vel lux multa micat uel fit memorabile nomen.

789 Didita *Grotius*: Didata *v* *V* Dedita *A* 790 flāmae *V* flamē *A*
flamme *v* 791 iuppiter *v* iupiter *β* 792 phoebō *β* phebo *v* 793 pro-
li(y *A*)xis durae *β* prolixi durc *v* | phaethontides *v* phaethodides *V*
phaetondides *A* | aluis *Heinsius*: ulnis 794 Planxerunt *v* *A* Plaxer *V*
795 Heridanū *V* Eridanum *A* *v* | nutu *v* nuntii *V* nam tum *A*
798 Arentis *A* Harentis *V* Arantis *v* | foecundet *Grotius*: fecundat *v* *V*
fecundat *A* 799 prolapsus *v* *V* lapsus *A* | parte *v* parente *β* 800 pe-
lagi *v* pelago *β* 802 adstringunt *v* *V* astringūt *A* 803 Heridani *V*
Eridani *A* Heridanei *v* | am fractib. *V* anfractibus *A* *v* 804 huc *v* *V*
hoc *A*¹ hic *A*² | cristae *β* criste *v* 805 summa *v* *A* suma *V* |
pristice *V* pristina *A* pistrice *v* 806 flamma *v* *V* flama *A* 807 MAIOR
v *A* (*G*) MAIORIS *V* | uada *v* *V* cada *A* | caerulea *v* cerula *β* | clauum
v *V* cliuū *A* 809 Et *v* *V*, om *A*

- Nulli etenim formae flammaram Iuppiter ignes
 Discreuit, nullos simulant haec corporis artus,
 Qualia digesto mundus sacer ordine noluit,
 815 Semper in antiquum retrahens iter omnia secum
 Saeclorum serie longa. istas denique signant
 Interualla faces, similis quoque lux habet omnis,
 Par modus; occasu pariter referuntur et ortu,
 Nec spectanda forent ponto quod sola carerent.
 820 Cetera descriptis aptantur singula membris
 Formarum. flagrans leporem qua Sirius urget,
 Languida nec certo sub nomine cuncta feruntur.
 Ultra saetosi rursus speciem capricorni,
 Cardinis inmersi qua sunt australia flabra,
 825 In pistrim horrificam conuersus uiscera piscis
 Subuehitur. notium uocat istum Graecia piscem.
 Stellae aliae mundo, qua pulcher aquarius instat
 Et qua cristato consurgit belua dorso
 Vsque sub aeri rutilantia sidera piscis,
 830 Sunt mediae flammae, steriles, ac lucis egenae,
 Nam passim ignoti uice uulgi semet in aethram
 Protollunt. dextram sed tantum propter ephebi,
 Pocula quem diuum mensis gestare loquuntur,
 Efflua se species liquidarum fundit aquarum
 835 Partis in geminas. lux illic clara duabus
 Est solum facibus. non haec spatiosa per aethram

812 flammaram v flamarum β | iuppiter v V Iupiter A 815 anti-
 tiqū A antiquum V v 816 serie v A seriae V 819 Nec] Haec
Breysig | spectanda *Grotius* : expectanda | ponto quod sola] forma
 nisi cuncta *Breysig* | carerent v VA corr. carem' A pr. 820 Cetera V
 Caetera A v | membris v V mbris A 822 feruntur v A fer V 823 sae-
 tosi v V setosi A 824 inmersi β immersi v 826 graecia piscem v A
 grecia piscis V 827 Stellae aliq β Stelle alie v 828 belua v V
 bellua A | dorso v A V corr. dorsū V pr. 829 sidera v V sydera A
 830 flammae V flamq A flamme v | steriles v sterilis β | egenae β
 aegenae v 832 ephebi v V ephoebi A 833 Pocula β Procula v |
 loquuntur V loquuntur A v 835 illic β illuc v 836 spatiosa A
 spaciosa V v

- Interualla tenent neque lumen *lumine* forte
 Conlidunt. alii Phrygium nam subter ephëbum
 Ardet apex, alii, qua curuam belua caudam
 840 Terminat, insigni<s> late uomitur globus ignis.
 Cuncti<s> nomen a qua est. quin stellae denique propter
 Ora sagittigeri, qua se uestigia prima
 Cornipedis simulant, circumuoluuntur Olympo,
 Quis face sub tenui tenebrosus marceat ignis.
 845 ARA Ece uenenatae qua scorpius agmine caudae
 Plurimus erigitur tepidumque super micat austrum,
 Paruulus hic aram locus exprimit. *hanc* satis arto
 Tempore suspicies mundo rutilante referri.
 Nam polus, aduerso qui tollitur axe Bootis,
 850 Quantum suspenso uada linquit turbida caelo
 Oceani, tantum <in> sibimet contraria tendit.
 Arcturum uertex leuat arduus, umbrifer austri
 Aram cardo premit. breuis olli semita caeli
 Occasusque celer, tamen isto luciparens Nox,
 855 Fata hominum miserata prius, miserata labores,
 Certa procellarum statuit procedere signa.
 Ne tibi, cum denso conducitur aere caelum,
 Inter nimbiferas nubes spectabilis exstet

837 tenent *Aldus*: tenene *V* tene *A* *v* | lumine *Aldus*: ubi uia *V*
 obuia *A* uotiuu *v* | forte *Aldus*: fonte 838 Conlidunt *V* Collidunt
A *v* | phrygium *A* phrigium *v* frigiū *V* | ephëbum *v* ephelū *V*
 ephocbū *A* 839 belua *v* *V* bellua *A* 840 insignis *Aldus*: insigni | late β
 lato *v* | ignis β igni *v* 841 Cunctis *Aldus*: Cuncti | aqua ē *V* aquę *A*
 aqua *v* | quin *Schrader*: qui in β qui *v* | stellae *v* *A* stelle *V* 842 cir-
 cūuoluuntur *v* *A* circūuoluunt *V* 844 tenebrosus β tenebrosas *v*
 845 Ece *V* Ecce *A* eCce *v* 846 supermicat *v* *A* supmicata *V*
 847 hanc *Grotius*: hoc | arto *v* *V* arcto *A* 850 celo β cœlo *v*
 851 Oceani *Aldus*: Oceano | <in> *Aldus* | met contraria ten-
 dit *v*, *om* β 852 umbrifer *Breysig*: imbrifer *v* *A* imbrifera *V*
 853 caeli β cœli *v* 854 isto *v* *V* *A*² ista *A*¹ | luciparens β lucis
 parens *v* | nox *v* *V*, *om* *A* 855 labores *v* *A* labore *V* 857 caelum β
 cœlum *v* 858 nimbiferas *v* *V* nymbiferas *A* | exstet *V* extet *v* e *A*

- Ara poli, longa ut glomerent circumque supraque
 860 Feta pruinarum se uellera, qualia tristi
 Coguntur uento terraque excita per aethram
 Nubila conceptos effundunt desuper imbres!
 Non arae, non sit tali sub tempore uertex
 Clarior! hoc nam saepe notum praenosceret signo
 865 Nox docuit! Noctis siquis praecepta sequatur,
 Incassum zephyri uoluunt mare: siquis at ista
 Respuat, incautas percellent flabra carinas.
 Vix, si[s] sera Iouem subeat miseratio rerum,
 Pigra salus nautis redeat fluitantibus alto.
 870 Certior ast ollis ueniet spes, axe supremo
 Si boreae stringat rutili coma fulgoris auras.
 His signis austri raptabunt flabra fluentum,
 Donec de boreae rutilum iubar emicet axe.
 At si Centaurum medio sub tramite caeli
 875 Videris, ut fluctu tantum discedat eoo,
 Quantum adit occasum, sit tectus desuper autem
 Nube umerum et caelo sint omnia signa priora:
 Eurus erit, uerret salsi uada gurgitis eurus.
- CENTAVRVS Contemplator enim geminae rutilantia formae
 880 Viscera, quae signis subtexit membra duobus.
 Nam qua parte hominem quadrupes sustollit equino
 Ventre super stantem, uersatur scorpius ingens:
 At qua cornipedem media uir fundit ab aluo,

859 supraque v A supra V 860 Feta v V Foeta A | se v V qua
 se A 862 cōceptos effundunt v concepto fefundunt V concepto se
 fundunt A 863 arq̄ β arie v 864 saepe v A sepae V | notū β noto v |
 praenosceret Aldus: pronoscere 865 praecepta v A p̄cepta V 866 In-
 cassum β In casum v | zephyri A zephiri V v | uoluūt A uolunt V
 nolunt v 867 percellent v V p̄cellent A 868 si Grotius: sis
 870 as tollis V attollis A v 871 boreae v A borae e V | rutili
 Morel: rutilo | coma fulgoris auras v V, om A 874 caeli β caeli v
 876 sit v V si A 877 umerū V humerum A v | caelo β caelo v
 878 salsi v V salsa A 879 Contemplator v A V corr. Contēplatur V
 pr. | geminae v A gemine V | formae β forme v 880 quae Morel: quod |
 membra v V m̄bra A 881 equino β aequo v

Curua uenenati sunt tantum brachia signi.

- 885 Ille autem, dextram protendere uisus ad aram
 Caelicolum, iustae persoluit munera uitae
 Agrestemque manu praedam gerit. hic, ubi celso
 Pelius adsurgit dorso nemorosaque late
 Inserit aeriis iuga nubibus, arbiter aequi
 890 Egerat Alcidae legum post bella magister.

HYDRA Desuper ingenti sese agmine porrigit hydra,
 Quae prolata salo longe latus explicat aethra,
 In cancerum protenta caput, caudamque feroci
 Centauro inclinat, transit spatiosa leonis

- 895 Viscera et ingenti sub uirgine summa quiescit.
 Quin *et eam spirare* putes: sic agmina caelo
 Lubrica conuoluit, sic spiras pendula torquet,
 Sic et flammigero linguam iacit ore trisulcam.
 Spirarum medio gestat cratera coruscum,

900 Vltima caeruleum sustentant agmina coruum,
 Ales ut intento fodiat uaga uiscera rostro.

PROCYON Vltimus est procyon, geminorum subditus astro,
 Ore micans rutilo, trina face uiscera lucens.

Ista uolutatos cernuntur cuncta per annos,

- 905 Ha<e>c uehit Oceanus pater omnia mersaque rursus
 Hauriet Oceanus, trahit ingens machina caeli
 Cuncta super. pingunt rutilam sua sidera noctem.

PLANETAE Quinque itidem stellae, similiis quibus haud sit imago
 Ne<c> quas formarum ductus notet adfixarum,

886 Caelicolum ꝑ Coelicolum *v* 890 Egerat] Degerat *Grotius* |
 magister *v* *V* magistri *A* 891 HYDRA] Ýdra *G* | hydra *v* *A* hidra *V*
 892 salo *v* *V* solo *A* | longe *v* longa ꝑ 894 inclinat *v* *V* *A* corr. in-
 clanat *A* *pr.* | spatiosa ꝑ spaciosa *v* 895 ingenti ꝑ ingentri *v* |
 summa *v* *A* suma *V* 896 et eam *Breysig*: uitam | spirare *Morel*:
 sperare | putes *v* *A* pute *V* | caelo ꝑ caelo *v* 898 trisulcam *v* *A*
 trisculā *V* 901 uaga] caua *Haupt* 902 procyon *v* *A* pcyon *V*
 905 Haec *Aldus*: Hac | uehit ꝑ uebit *v* 906 Hauriet *v* *V* Hauritet *A* |
 caeli ꝑ celi *v* 907 sidera *V* sydera *A* sidere *v* | noctem *v* *A* notē *V*
 908 PLANETAE] plan&e *G* | similiis *Morel*: similes 909 Nec *Morel*:
 Ne | ductus *Grotius*: doctus | adfixarum *v* *V* affixarum *A*

- 910 Per bis sena poli uolitant rutilantia signa.
 Nullus eas ali<qu>o <pacto> deprendere certet,
 Nam uaga per totam cunctis uia defluit aethram
 Semper et aduerso referuntur tramite mundi.
 Mundus ab eoo trahitur reparabilis alto,
- 915 Pronus Atlantei procul in uada caerula ponti.
 Illae in subrecti cogunt iter aetheris orbem,
 Nitentes in summa poli motuque feruntur
 Aduerso solis radiis ceu, cum uada cumbam
 Prona uehunt, siquis prora nitatur ab alta
- 920 In puppim proferre pedem, uia carpitur olli
 Cursibus inceptis contraria. uis tamen istis
 Obuia labenti<s> semper sustollitur aethrae
 Vnicaque in solis adolent incendia flammis.
 Longa uolutandis tamen ollis tempora currunt
- 925 Pigraque se referunt, sedes sortita priores,
 Omnia. non illas animis audacibus ergo,
 Carmine non caeco temptabimus. hoc satis unum
 Musa mihi, satis hoc longi labor egerit aeuī,
 Si defixarum cursus et signa retexam.
- 930 CIRCULI Quattuor aeries zonae cinxere meatus,
 Quattuor has cursus et tempora nosse uolentem
 Scire sat est. quin signa etiam sunt quattuor istis
 Plurima, quae zonis haerentia conuoluuntur.
 Ipsae inconcussa retinentur sede per annos

910 bis sena *A* bis sena *v* bis sena *V* 911 aliquo pacto *Grotius*; alio (alio *A*) | deprendere *Aldus*; deprehenderet *V* deprehendere *A* deprehendere *v* 912 Nam β Tam *v* 914 eoo β ero *v*
 915 in uada *v* *V* *A* | caerula *v* caelula β 916 subrecti
Breysig; subrecti *v* *V* subiecti *A* 918 cumbā *V* cymbam *A* *v* 921 in-
 ceptis *v* inceptis *V* inceptis *A* | tamen *v* istain *V* ita *I* *A* 922 la-
 bentis *Grotius*; labenti 923 que *V* quae *A* *v* | flammis *v* *V* flammis *A*
 924 uolutandis *v* uolunt andis *V* collu . . andis *A* 925 sedes *v* *A*
 sede *V* 927 tentabimus *Grotius*; temptauim β tentauimus *v*
 928 egerit β aegerit *v* 929 retexam *v* *A* r&axā *V* 933 haerentia *v* *A*
 herentia *V* 934 inconcussa β inconcursa *v*

- 935 Mutuaque inplexae sibimet consortia mordent,
 At modus in binis protenditur. aurea pepli
 Sidera nocturni si suspectare libebit
 Nec scindunt medium Phoebia lumina mensum,
 Langu<e>at ut [in] stellis species ebes, omnia caeli
- 940 Inlustrante dea ac flammis superante minores,
 Orbe sed haut pleno sinit igni[s] feruere acuto
 Sidera: candentis speciem super inspice lactis
 Protendi caelo. color olli nomen ab ortu
 Primigeno statuit. Sic zonam Graecia solers
- 945 Concelebrat, nostro sic balteus ore notatur.
 Non isti forma similis similisue colore
 Circulus est alius, modus et mensura duobus
 Est compar solis, alios duo parciore artat
 Linea nec multa trahit istos ambitus aethra.
- 950 Horum alius, duri *qua* soluunt flabra aquilones
 Et *qua* praecipitant borealia flamina sese,
 Axe Lycaonio iacet obuius. hic geminorum
 Sunt capita, hic genua aurigae defixa quiescunt.
 Circulus hic idem retinet pede Persea laeua
- 955 Adque sinistro umero, cubito tenus hic quoque dextram
 Sustinet Andromedae, manus extrema desuper acri
 Subrigitur boreae; cubito inclinatur in austrum
 Maere<n>s Andromeda. hic celeris uestigia summa

935 iplexę A inplexe V implexa v 936 aurea β area v 937 Si-
 dera v V Sydera A 938 scindunt v V condūt A | phœbeia v phobeia V
 plebeia A 939 Languet ut Grotius: Languat ut in | ebes V hebes
 A v | caeli β caeli v 940 Inlustrante V Illustrante A v | flammis v V
 flamas A 941 haut v A aut V | igni Aldus: ignis 942 Sidera v V
 Sydera A | inspice β inspice v 943 caelo β caelo v | olli v V obli A
 944 Primigeno v V Pinigeno A | sic Buhle: se v A so V | graecia v
 grecia V grętia A | solers v sollers β 945 Est v V Et A | compar V
 compar A v | parciore v Saruor V. . aruor A | artat V arctat A v
 950 qua soluunt Grotius: cum soluunt v V conuoluūt A 951 qua
 Grotius: cum | praecipitant Aldus: precipitant 952 Axe lycaonio
 v V A. . lychaonio A 953 hic Aldus: hoc 955 Adque V Atqę A v |
 umero V humero v A 958 Mœrens Aldus: Mœres V M. . res A
 Mœres v | andromeda v andromedę V Andromedę A | hic Aldus: hoc

- Praestringuntur equi, praestringitur ales ab ipso
 960 Verticis extrem^o. secat hicumeros ophiuchi
 Circulus et secum flagrantia dorsa reuoluit.
 Erigone tepidum sese summittit in austrum
 Virgineusque pudens zonae super *imminet* artus.
 Sed leo, sed cancer borealis tramite caeli
 965 Viscera protendunt. at circulus ima calentis
 Pectora perque aluum procul in postrema leonis
 Succedit. secat ast alium per uiscera plana
 Et medio subter caua tegmina diuidit orbe[m],
 Lumina secludens altrinsecus. orbita porro
 970 Ista poli partis si discernatur in octo,
 Quinque superuoluit se partibus, at tribus alti
 Intrat [in] stagna sali. sol istinc flammifer aethram
 lam relegit pulsuque deus semel ordine facto
 Flectitur aestiuo neque celsum semita in axem
 975 Sideris erigitur. uia rursus nota iugales
 Suscipit inque notum rutili redit orbita solis.
 Circulus iste quidem cancro tenus adiacet axe<m>
 Semper inocciduum. procul alter cardine in austri
 Diuidit imbriferi corpus medium capricorni
 980 Idaeique pedes pueri postremaque caudae
 Caeruleae <pistris>. breuis hic lepus, hic canis artus

959 *pręstringitur* *A* *prestringit* *V* *perstringitur* *v* 960 *extremo* *Aldus* : *extremum* | *umeros* *V* *humeros* *A* *v* | *ophiuchi* *v* *A* *ophiuthi* *V* 961 *Circulus* *v* *A* *V* *corr.* *Circulus* *V* *pr.* | *flagrantia* *v* *flagrant* . *a* *V* *flagramen* *a* *A* | *reuoluit* β *renduit* *v* 962 *Erigone* β *Erigonem* *v* | *summittit* *v* *V* *sub* *mittere* *A* 963 *Virgineus* *v* *V* *Virgineos* *A* | *zonę* *A* *zone* *V* *v* | *imminet* *Aldus* : *inuidet* 964 *borealis* *v* *V* *borealia* *A* | *tramite* *v* *A* *tramitte* *V* | *caeli* *V* *celi* *A* *caeli* *v* 966 *aluum* *v* *V* *alium* *A* 967 *Succedit* *v* *S* *ccedit* *V* *Secedit* *A* 968 *orbe* *Schrader* : *orbem* 969 *secludens* β *recludens* *v* | *porro* β *porrho* *A* 970 *si* *v* *V* *d* *si* *A* 972 *Intrat* *Aldus* : *Intrat* *in* *v* *V* *In* . . . *at* *i* *A* | *flāmifer* *V* *flamifer* *A* *flāmiger* *v* 975 *Sideris* *v* *V* *Syderis* *A* 976 *Suscipit* β *Suscepit* *v* | *rutili* β *rutuli* *v* | *redit* *v* *A* *credit* *V* 977 *cancro* *v* *canore* β | *axem* *Breysig* : *axe* 981 *Cęruleae* *Morel* : *Cęrule* *e* *V* *Ceruleae* *A* *v* | <*pistris*> *Grotius* | *breuis* *A* *breuis* *v* *V* | *artus* *v* *V* *archthus* *A*

- Conditur extremos, hic Thessala cernitur Argo,
 Hic Centaureae fera molis terga secantur.
 Iste uenenatae disiecta uolumina caudae
 985 Amputat, hic arcu protenditur ampla sagitta.
 Ultimus hic Phoebos locus est, ubi lapsus in austrum
 Pellitur, albenti cum canent tempora bruma.
 Sideris hic metae: procul istuc caelitate curru
 Axe sereniferi descendit Sol aquilonis.
 990 Partibus iste tribus tantum se circulus effert,
 Quinque latet, crepuli succedens stagna profundi.
 Inter utrumque dehinc, quantus iacet ambitus illi
 Zonarum, cani specie quae lactis in aethra
 Cernitur, ingenti se tramite linea tendens
 995 Diuidit ima noti, discernit et alta aquilonis.
 Hic luci modus et tenebris sub lege magistra
 Pensatur: nox aequa diem subit aemula. Phoebus
 Lumina substituit paribusque reuoluitur horis,
 Vel cum summa aestas coquit agri uiscera hiantis
 1000 Vel cum floricomio iam tellus uere mouetur.
 Ast isti, celsae qua tramite panditur aethra<e>,
 Indicium est aries, hunc totum linea quippe
 Sustinet. hic tauri curuantur crura minacis
 Et rutilat stellis hic balteus Orionis.
 1005 Spira anguis leuis hic craterque, [et] tenacia corui
 Ora inhiant. hic sunt flexarum denique flammae
 Chelarum, genua hic rigidi uibrant ophiuchi.

982 extremos *Morel*: extremus 983 centaureae *v A* centaurae
 ae *V* | molis *v V* mollis *A* 984 Iste β Ista *v* | caudae *v A* caude *V*
 988 Sideris *v V* Syderis *A* | curru β cursu *v* 991 succedens *v* suc-
 cendens β 992 ambitus *v* abit' *V* arbiter *A* 993 specie quae *A*
 specie que *V* speicq; *v* 994 tendens *v V* tendēt *A* 995 noti β
 noto *v* 996 luci modus *v V* dus *A* 997 Pensatur *v A*
 Pessatur *V* | çqua *V* æqua *v* çq; *v* | æmula *v A* emula *V* | phoebus *v V*
 phoebos *A* 998 paribus *v A* farib. *V* 1001 aethrae *Aldus*: aethra
 1002 curuantur *v V* curuañ *A* 1005 et *del. Aldus* 1006 sunt β
 snut *v* | flammæ *v* flâme *V* flamq; *A*

- Nec Iouis armigero caret alite, namque per ipsum
 Fulua aquila est. caput hic equus eminent hicque comanti
 1010 Ceruice erigitur clarae dator Hippucrenae.
 Tris omnis recte contentos tramite caeli
 Distantisque pari spatio sibi transigit axis,
 Omnibus et mediis ut circumfunditur idem.
 Desuper obliqua est *alii* uia quartus et iste
 1015 Stringitur artatus zonarum mole duarum,
 Quas ab diuersa mundi regione locatas
 [S]cire repercussi momentum diximus astri.
 Hunc alius medium medius secat. haut dea Pallas,
 Vel licet haec cunctos praecellat acumine diuos,
 1020 Conpingat parili sic lubrica plaustra meatu,
 Implicet ut spatiis sibimet distantibus orbes,
 Qualia deuexo nectuntur ab ordine cuncta
 Vrgenturque uiam similem noctesque diesque
 Lucis ab exortu procul in uada Calpetana.
 1025 Namque Tithoneo cum sunt elata profundo,
 Rursus in occiduos merguntur singula fluctus
 Ordine partito: similis nascentibus ortus
 Scandendi lex una mouet, par denique lapsus
 Omnibus et simili conduntur sidera casu.
 1030 Ille autem Oceani tantum descendit in aequor,
 Quantum ab caeruleo distat cancro capricornus

1008 nãque v V nanq̄ A 1010 clar̄ ß clare v | hippucrenae V
 hippocrenae v hippocrenes A 1011 recte] recto *Grotius* | tramite
 v A tramitae V | caeli ß coeli v u. 1013. 1014 om ß 1014 alii uia
Breysig: alunia v 1015 artatus V arctatus v attractus A | mole ß
 molle v 1016 locatas ß locatus v 1017 Cire *Grotius*: Scire
 1018 medius ß, om v | haut V haud A v 1019 praecellat V precellat A v |
 diuos v A diuus V 1020 Conpingat V Compingat A v | parili A
 parilis V v | meatu v A metatu V 1021 spatiis ß spaciis v
 1022 nectunt̄ A nectunt̄ V nectantur v | noctes v A nocte V
 1024 Calpetana A *corr.*: calpetitana 1025 Nãq. V Nanq̄ A v |
 Tithoneo A thithoneo V tithonio v | sunt elata ß summe electa v
 1029 sidera v V sydera A 1031 caeruleo v V ceruleo A

- Et quam multus item est, ubi gurgite protulit ortum,
 Tantus in aduersas itidem est cum labitur undas
 Signifer. in spatio, quantum deducitur [h]orae
 1035 Ambitus extremae, puncti uice terra locanda est.
 Vnde acies oculis cum tenditur, haec quoque puncti
 Sedem habet. *hoc* signo procurrit missa per auras
 Signiferi in summum. medio de tramite siquis
 Dirigat obtutus agilis procul hosque locorum
 1040 Defessos longo spatio tener amputet aer:
 Id, quod contenti uisus abscinditur, ultro,
 Siqui in signiferi patulum circumferat orbem,
 <S>ex olli partis magnae dabit ambitus [h]orae.
 Ast *hae* dimensa spatii sic lege locantur
 1045 Binaque decisis includunt partibus astra.
 Olli cancer inest, leo flammifer, Attica uirgo,
 Brachia sunt itidem chelarum et scorpius ipse,
 Arquitenens, saetosa dehinc species capricorni
 Voluitur, auratam protendit aquarius urnam,
 1050 Tum duo sunt pisces, aries taurus geminique.
 His se bis senis sol admouet hisque recurrens
 Omnibus absoluit totos reparabilis annos.
 Que<m> cum signiferi graditur sol aureus orbem,
 Singula frugiparos attollunt tempora uultus.
 1055 Illius Oceano quantum submergitur alto,

1032 quam β quantum v 1034 spatio β spacium v | orae
Aldus: horae 1036 oculis] oculi *Scaliger* 1037 hoc *Aldus*: in
A, om Vv 1039 Dirigat *A* Derigat Vv 1040 Defessos v Defen-
 sos β | spatio β spacio v | tener v V tenet *A* 1041 abscinditur
Aldus: absciditur β absconditur v 1043 Sex *Aldus*: Ex | orae
Aldus: horae 1044 hae dimensa *Morel*: hedi (h(ó)di V hoedi *A*)
 mensa | spatii β spacii v 1045 q̄ *A*, om Vv | includunt *Morel*: in-
 cludent 1046 flammifer v flamifer *A* famifer V 1048 Arqui-
 tenens V Arcitenens *A* v | saetosa v V setosa *A* 1049 Voluitur v V
 Veluĩ cum summa q̄stas coquit e u. 999 1051 se v sae V //s̄
 (eω q̄?) *A* | admouet v Vammouet *A* 1052 Quem *Grotius*: Que V
 Quae *A* v | aureus v *A* ureus V 1054 frugiparos v V frugiferos *A*

Tantum telluris super eminent. omnibus iste
 Noctibus inlabens pelago sex inserit astra,
 Sex reparat. tanto nox umida tempore semper
 Tenditur, extulerit quantum se circulus undis.

- 1060 At si scire uelis, mora lucem quanta retentet
 Et quanto nox atra sibi trahat otia lapsu;
 Quae procul Oceano consurgunt, signa notato,
 Horum semper enim comes est Titanus uni.
 Horum prima oculis memor incunabula quaere,
 1065 Luminis ipsa uagi captans uenatibus, ipsa,
 Ipsa notans mundo. quae si[c] se nubibus abdent
 Aut si, cum surgunt, ut tellus saepe tumescit,
 Occultata iugo praetextaque rupe latebunt,
 Prompta uia est alii<s> uenientum tempora signis
 1070 Noscere. namque ipso deprenderis indice cuncta
 Oceano, magnam qua circum amplectitur undis
 Tellurem, curuet celando ut litora mundo
 Latius adque sinu patuli salis hauriat astra.
 Istius indicium praebent cornua semper,
 1075 Vel matutino qua perstreperit aera fluctu,
 Acer Atlantei uel qua furit aequoris aestu.

Nam non obscurae, cum cancer commouet ortum,
 Oceano stellae circumuoluentur utroque,
 In freta labentes aut quae <se> rursus eoi
 1080 Parte ferunt mundi. Minoae clara coronae

1056 eminent v V emm& A 1057 inlabens V illabens A v
 1058 umida V humida A v 1059 extulerit v A extullerit V
 1061 trahat *Movel*: trahit | otia β ocia v 1064 incunabula v V
 incūnabula A 1065 uenatibus v A uenenatib. V 1066 quæ v A
 q. V | si *Grotius*: sic 1067 cum surgunt *Breysig*: consurgunt |
 saepe β sepe v 1068 praetexta *Breysig*: praetenta 1069 aliis
Aldus: alii 1070 Noscere nāque v V Nossere nanq̄ A | deprenderis V depræhenderis A v 1072 litora V littora A v 1073 adq. V
 atq̄ A v 1074 praebent v A p̄bebunt V 1076 atlantei β atlanthei v
 1077 obscurae v A obscure A 1079 quae v A q. V | <se> *Grotius*
 1080 Parte β Parce v | minoæ A minoezi ae V manoeziæ v

- Serta cadent, austri <t>ergo cadet incola piscis.
 Hunc medium pendere tamen mediumque sub undas
 Cedere per spinam rutila labente corona
 Semper suspicies, at tergi plurima uersum
- 1085 *Ventre* tenuis summo supera inter sidera cernes:
 Os et colla dehinc et pectora uasta per aequor
 Mersantur. premit ab genibus celsos ophiuchum
 Vsque umeros cancer, cancer premit ortus et anguem,
 Agmine qua uasto *fluitat* caput, aspera ceruix
- 1090 Qua tumet et spiris qua turgent pectora primis.
 Parte nec Arcturus distabit multus utraque,
 Iam minor in superis, iam uiscera plurimus alto
 Conditur. hu<u>e etenim consortem quattuor astris
 Oceanus recipit satur hic uix luminis *omnis*
- 1095 Cedit et *incipiens* tandem conuexa relinquit.
 Tum iam plus mediis nox inclinabitur horis,
 Cum labente die Phoebo comes ibit in undas.
 Ista quidem uasti conduntur gurgitis alto,
 Contra autem nullo *reses ortum* uiscere *profert*
- 1100 Orion, rutilans ardentia cingula late,
 Et flagrans umeros et splendens ense corusco
 Heridanumque trahens alio se litore promit.
 Adueniente dehinc uiloso colla leone
 Omnia, quae canero sese emergente per aethram

1081 tergo *Movel*: ergo | cadet v A cade V 1082 undas β undes v
 1083 corona β corona v 1085 sidera v V sydera A | cernes v A cernes V
 1087 ophiuchum A ophiucum v ophiucū V 1088 umeros V hu-
 meros A v 1089 fluitat *Grotius*: pluit ad 1090 Qua tumet v
 Quantum et β 1091 multus A inultus V v 1092 Iam v A Ia V
 1093 Conditur β Conditor v | hunc *Aldus*: huc v V hic A | quattuor β
 quatuor v 1094 Oceanus β Oceans v | satur hic uix luminis v V
 A | *omnis Breysig*: amnis 1095 incipiens *Grotius*:
 inspiciens v A inspiciens V 1097 labente v A labende V | phoebo
Aldus: phoebe 1099 reses ortum uiscere *profert Breysig*: non
 uultum uiscere (uiscere V) uorans 1100 cingula v V sydera A
 1101 umeros V humeros A v | corusco v A ^corusco V 1102 Heri-
 danum v Heridianū β | litore V littore A v 1103 leone v A leonae V

- 1105 Extulerant, abeunt. quin et Iouis ales in undas
 Conditur et totis raptim petit aequora pinnis.
 Sed nixus genibus replicato *crure* residens
 Poplite iam superi celatur corporis artus.
 Non tamen iste genu, non laeuam gurgite plantam
- 1110 Occulitur, non Oceanus uorat omnia signi.
 Proserit hydra caput, claro lepus exsilit ortu
 Et procyon primique pedes canis ignicomantis.
 Erigone salsis cum uultum exegerit undis,
 Aeris ut patuli iam conscia permeet aethram,
- 1115 Astrorum numerosa premit. nam uirgine eoo
 Consurgente freto cedit lyra Cyllenaea,
 Cedit delphinus pelago ceditque sagitta
 Primaque pinnarum pars canum condit olorem,
 Vix iam cauda salum superat. uix lumine parco
- 1120 Eminent <H>eridanus, ponti procul efflua tinguit.
 Celatur sonipes caput inpiger, ardua ceruix
 Tethyos ima petit, salso iuba rore madescit.
 Hydra superpositum procul in cratera mouetur
 Parte alia et liber uestigia Sirius ardet,
- 1125 Vltima caeruleo protelans aequore puppim.
 Illa micat maloque tenus sese exerit Argo,
 Cum iam uirgineos aether uehit altior artus.
 Nec, cum flagratas emittunt marmora chelas,
 Sideris expertis et clara luce carentis,

1107 *crure* Schrader : *lucre* β *luce* v 1108 *iam* v A ⁱ *am* V
 1109 *iste* Morel : *isto* V *ista* A v 1111 *exsilit* V *exilit* A *esilit* v
 1112 *procyon* v A *protion* V 1115 *nam* v V *iam* A | *coo* β *eo* v
 1116 *lyra* v A *lura* V | *cyllenaea* v *cyllenea* A *cyllenae* V 1117 *pelago* v V
cedit pelago A 1118 *condit* v V *cundit* A 1120 *Heridanus* : *eridanus* |
ponti Aldus : *ponto* | *efflua* tinguit v V *effluat* *himit* A 1121 *in-*
piger V *inpiger* A v | *ardua* ceruix v, om β 1122 *iuba* rore *Hein-*
sius : *iubar* ore A *iubar* ora V v 1123 *Hydra* v A *Hydras* V |
cratera v A *gratera* V 1125 *caeruleo* v V *ceruleo* A | *protelans* β
procellans v | *aequore* β *aequore* v 1128 *flagratas* A *flagrata* V v |
marmora v A *mar* mo V 1129 *Sideris* v V *Syderis* A | *clara* β
clara v

- 1130 Non est nota dies aut est ignobilis ortus.
 Namque his indicium proprio fert ore Bootes
 Plurimus exoriens Arcturumque eminus alto
 Cardine succendit. iam celso Thessala puppis
 Aethere subuehitur, iam mundo funditur hydra
- 1135 Longior extremaeque polum subit indiga caudae,
 Curua Chii caelo *cum* surgunt brachia signi.
 Inspice ceu dextra referatur ab aequore planta
 Inque genu tantum nixus pede proferat ortum.
 Iste lyrae rutilat conterminus adque sub undis
- 1140 Hic tenebris petit occidui uada caerula ponti
 Et mox Oceano reparatur clarus eoo.
 Cum chelis igitur pede tantum promitur uno.
 Ipse dehinc uersus procul in caput ultima monstri
 Terga manet, manet, arquiteuens dum spicula caelo
- 1145 Exerat et supera uibret bellator in aethra.
 Hoc sidus reuehant chelae; crus scorpius ipse,
 Cetera cum medio, laeuam et caput oraque sursum
 Arcus agit. tribus hic tandem remorantia membra
 Partibus erigitur, tria totum denique signa
- 1150 Absoluunt pelago. mediae tumserta coronae
 Et quae Centauro diffunditur extima cauda,
 Prima uenenati cum repunt brachia monstri,
 Surgunt Oceani iam gurgite. et ultima cygni
 Et caput acris equi premit aequora. iam procul ista

1130 aut *v* *V* haut *A* 1131 Nāque *v* *V* Nanq̄ *A* 1135 extremae
v *A* extreme *V* | indiga *Aldus*: indica 1136 caelo ꝑ caelo *v* | cum
 surgunt *Grotius*: consurgunt | brachia ꝑ byachia *v* | signi *A* signa
Vv 1137 aequore] aethere *Breysig* 1139 Iste lyrae *v* *A* Ista
 lyre *V* | adq. *V* atq̄ *A* *v* 1140 caerula *v* *V* cerula *A* 1142 pro-
 mitur ꝑ promitur *v* 1144 arquiteues *V* arcitenens *A* *v* | celo ꝑ
 caelo *v* 1146 Hoc *Aldus*: Haec | sidus *v* *V* sydus *A* | chelae *v* *A*
 chele *V* 1147 C&era *V* Caetera *v* *A* | laeuam *v* *A* leuā *V* | sursum
Buhle: rursum 1148 membra *v* *V* m̄bra *A* 1150 Absoluunt ꝑ Absol-
 uuntur *v* 1151 Et quae *Grotius*: Exque ꝑ Ex qua *v* 1152 uene-
 nati *v* *A* uenena *V* 1153 Oceani *Breysig*: oceano | gurgite *Aldus*:
 gurges 1154 acris *v* agris ꝑ | ꝑmit ꝑ ꝑraemit *v*

- 1155 Marmoris occidui penitus petiere profundum,
 Hausta salo. caput Andromedae freta uasta receptant
 Ac formidatam deuexi cardine mundi
 Fluctigeni specie<m>-monstri super inuehit auster.
 Sed boreae de parte trucis uelut aggere ab alto
- 1160 Prospiciens superi subrecto uerticis axe
 Intentusque procul specie uaga brachia Cephæus
 Exserit et saeuam pelagi monet adfore pestem.
 Illa tamen uersa in fluuium postrema profundo
 Tinguitur ab spina, capiti quae proxima summo est.
- 1165 Vnda<s> succedens Cepheus et uerticem et ulnas
 Mersatur patulas. quin et cum scorpius acer
 Nascitur Oceano, quidquid per sidera aquarum
 Ad speciem Heridanus pater expuit, abditur alta
 Tethye et occidui tegitur Padus aequore ponti.
- 1170 Scorpius ingentem perterritat Oriona,
 Proserpens pelago. uetus, o Latonia uirgo,
 Fabula nec nostro struimus mendacia uersu.
 Prima, nefas! duri conuegi<t> germinis aetas,
 Prima dedit populis. caecus mos mentis acerbae
- 1175 Inmodicusque furor sceleris penetrauerat oestro
 Impia corda uiri. caluerunt dira medullis

1155 pfundum β profuudum v 1156 andromedæ v A andro-
 mede V | receptant v V receptās A 1158 speciem Aldus : specie |
 inuehit v A inhueit V 1159 boreæ v A boraeq V 1160 subrecto
 Grotius : subiecto v subuecto β | axe β axis v 1161 specie v V
 uage specie A | Cepheus Aldus : cepheos v epheos β 1162 Exserit V
 Exerit A v | adfore v V affore A 1163 fluuium v A fluū V
 1164 Tinguitur v V Tingitur A 1165 Vndas Breysig : Vnda β
 Vnde v | succedens v succendens β | cepheus v A chepeus V | uerticem
 v V uertice A 1166 patulas β patulus v | cum β tum v 1167 quid-
 quid β quicquid v | sidera v V sydera A 1168 heridanus v V eri-
 danus A 1169 Tethye Aldus : Tethre v V Tetre A | occidui v A
 occidui V 1171 o v V ē A 1173 nefas β nephas v | conuegit
 Breysig : cūpegi V cū pegi A conuegi v | aetas β aestas v 1174 cae-
 cūs β cætns v | acerbae v A acaerbae V 1175 Inmodicus quae V
 Inmodicusq A v | penetrauerat Morel : penetrauerit 1176 Impia V
 Impia A v | caluerunt β tabuerunt v | medullis v A medullus V

- Protinus in mediis incendia, plurimus ardor
 Pectore flagrauit. tene improbus ille procaxque,
 Te, dea, te dura ualuit contingere dextra,
 1180 Cum sacrata Chii nemora et frondentia late
 Brachia lucorum, cum siluae colla comasque
 Deuotae tibimet manus in pia demolita est,
 Audax [a]ut facinus donum foret Oenopioni?
 Digna sed inmodico merces stetit illicit ausu.
 1185 Nam dea nubiferi perrumpens uiscera montis,
 Dirum antris animal saeuos uomit hostis in artus.
 Ergo ut falcatis monstrum petit Oriona
 Morsibus et totas in membra ferocia chelas
 Intulit, ille mali poenas luit. ista furori
 1190 Praemia debentur: sunt haec commercia laesis
 Semper numinibus. metus hic, metus acer in astro
 Permanet et, primo cum scorpius editur ortu,
 Orion trepido terrae petit extima cursu.
 Nec minus Andromedae quidquid uoluitabat in aethra[m]
 1195 Et siquid pistris reliquum conuexa uehebant,
 Hoc oriente ruunt. omnis procul in uada terror
 Inserit et cunctos pavor unus in aequora cogit.
 Cepheus ipse caput distentaque brachia uasto
 Induitur ponto, tellurem cingula radunt
 1200 Extima et Oceano mersantur pectora rauco

1178 tene *V* tener *A* tenet *v* | in p. *V* improbus *A v* 1179 te
v V re *A* 1181 Brachia *v A* Blachia *V* | lucoꝛ ꝑ lucrorum *v* |
 siluae *v V* syluꝛ *A* 1182 in pia *V* impia *A v* | demolita *v A* demol-
 ita *V* 1183 ut *Grotius*: aut 1184 ausu *v* asu *V* astr̄ āsu *A* 1186 ho-
 stis ꝑ hastis *v* | in artus *v V* amarus *A* 1187 Ergo *v A* Eergo *V*
 1188 membra *v V* m̄bra *A* | chelas ꝑ thelas *v* 1189 mali *Grotius*:
 malo ꝑ male *v* | poenas ꝑ p̄enas *v* 1190 Praemia *v A* Premia *V* |
 commercia *V* cōmercia *A v* | laesis *v* laenis *V* lq̄(u)is *A* 1193 Orion *v A*
 Oorion *V* 1194 Andromedae *Morel*: andromeda ē (est *v*) | quid-
 quid ꝑ quicquid *v* | aethra *Grotius*: aethram 1195 pistris *Gro-*
tius: pistris | uehebant *v* uehebat ꝑ 1198 uasto *v A* uastro *V*
 1199 tellurem *v A* telurē *V*

- Sola senis; relicum polus <ast> a litore uersat,
Semper inocciduam. genetrix quoque Cassiepia
Sidera praecipitis sequitur labentia natae
Deformemque trahit procul in uada caeca ruinam.
- 1205 Prona caput solio, solio uestigia ab alto
Sustollit miseranda super. quatit ira furorque
Doridos et Panopes post fata nouissima matrem
Ac memor has poenas dolor exigit. omnia fluctus
Haec simul occiduos subeunt. tamen altera mundus
- 1210 Sufficit inque uice<m> lapsorum multa reportat.
Tempore namque isto reliquae seserta coronae
Expediunt pelago postremique agminis hydra
Erigitur caudam. caput et turgentia membra
Centauero exsuperant. manus effert dextera praedam
- 1215 Siluarum, nam prima ferae uestigia in ollis
Arcum sera manent, arcu redeunte per aethram
Protoli incipiunt. relicum serpentis et artus
Anguinenentis item fert primis fluctibus arcus.
Amborum capita et palmas geminas ophiuchi
- 1220 Ac prima<m> rutili spiram serpentis eoo
Scorpius Oceano surgens agitat. pede nixi,
Quem procul auersum semper salis alta remittunt,

1201 relicū V reliquum A v | <ast> Aldus | litore A litorē re V litore v 1202 inocciduam Schaubach : inocciduo | genetrix V genitrix A v | cassiepia v cassiepiā V cassiopea A 1203 Sidera v V Sydera A | praecipitis Morel : precipitis 1204 quē v quē V 1205 solio Breysig : sollo V solo A v 1206 quatit v V A corr. caput A pr. 1207 Doridos v Deridos β 1208 poenas A penas V pœnas v 1209 mundus Grotius : mundis 1210 uicem Aldus : uice 1211 nāque v V nanq̄ A | reliquē A relique V, om v | se β re v | coronae β coronæ v 1214 exsuperant V exuperant A v | praedam A predam V v 1215 Siluarum v V Syluarū A | nam β nō v | ferē A fere V v | in ollis Grotius : mollis 1216 Arcum Morel : At cum | sera v A serat V | arcu β, om v | aethram v A aēhra V 1217 Protolli Grotius : Protulit | relicū V reliquum A v 1219 palmas Grotius : primas 1220 primam Aldus : prima 1221 Scorpius v A S̄scorpius V | agitat v A agittat V 1222 alta remittunt Lemaire, aequora mittunt Schrader : altera mittunt v A altera nutunt V

- Tunc artus medii, tum pectora uasta umerusque
 Dexteraque ulnarum spumosi gurgitis aestu
 1225 Procedunt. pariter caput et manus altera porro
 Tota, sagittigeri *cum* uibrant astra, feruntur.
 Mercurialis item lyra uoluitur altaque Cepheus
 Cardine sustollens uestigia gurgite nondum
 Pectora liber agit, sed pectora mersus in undas
 1230 Plaustra Lycaoniae pulsat pede desuper ursae.
 Tempore non alio magni canis ignea cedunt
 Sidera, protentum freta iam procul Oriona
 Hauserunt pelago, toto lepus occidit astro.
 Tum quoque et Oceano fugientem Sirius urget.
 1235 Sed non aurigam, cum gurgitis ille profundi
 Ima petit pedibus, capra mox haediue secuntur.
 Ista polo rutilant, illum uada liuida condunt.
 Haec membris discreta aliis extantiaque alte
 Laeuum umerum et summae sese attollentia palmae
 1240 Cernuntur, donec labenti congrada soli
 Sidere deuexo freta late caerula turbent.
 Namque manum aurigae reliquam celsumque corusci
 Verticis et dorso qua spina attollitur alto
 Deprimit hirsuti sidus surgens capricorni;
 1245 Membra sagittigero cedunt postrema reuecto.
 Iam non alatus remoratur uiscera Perseus

1223 umerus *V* humerus *A v* 1225 porro β porrrho *v* 1226 sa-
 gittigeri *V* sagittigeni *A* sagittiferi *v* | cum *Aldus*: cui 1227 cepheus *A*
 capheus *V* zepheus *v* 1228 sustollens *v V* sub stollens *A* | non-
 dum β mundum *v* 1229 liber *v V* liberaa *A* 1230 lycaoniae *v V*
 Lychaonię *A* 1232 Sidera *v V* Sydera *A* 1234 sirius β serius *v*
 1236 haediue secunt *V* hoediv'e sequunt *A* hedi ue sequuntur *v*
 1238 mēbris *V* m̄bris *A* membra *v* 1239 umerū *V* humerum *A v*
 summę *A* summe *V v* 1241 Sidere *v V* Sydere *A* | caerula tur-
 bent *v V* cerula ^{tur}trabent *A* 1242 Nāque *v V* Nanę *A* | reliquā *V*
 reliquum *v* 1244 Deprimit *v V* Ne p̄mat *A* | sidus surgens *v V*
 sydus surgentis *A* 1245 sagittigero *v* sagittero *V* sagittifero *A* |
 postrema *v A* post trema *V* 1246 alatus *A* allatus *v*

- Aeris in spatiis neque clauum uindicat Argo
 Adluuione sali. Perseus pede denique dextro
 Adque genu liber mersatur cetera ponto.
- 1250 Argo quod curuis puppim super attrahit oris,
 Tinguatur et duro tangit uada caerulea dorso.
 Ipsa dehinc manet exortum Cilici<s> capricorni
 Totaque tum pelago caelo descendit ab alto.
 Aequora tum procyon, gressum sectatus erilem,
- 1255 Intrat et Oceano permutat celsa profundo.
 Haec habet occidui plaga gurgitis, ista sonoro
 Supprimat unda salo. rursum procul erigit aethra
 Cygnum aquilamque Iouis. surgunt flammata sagittae
 Sidera perque notum rutila cum numinis ara.
- 1260 Delphinum patu<l>as promittit capricornus in auras.
 Et matutino cum surgit aquarius orbe,
 Os equus adque pedes nouus exeret. ecce cadentis
 Parte poli trahit occiduum nox atra sub aequor
 Centaurum cauda, sed non caput aut umerorum
- 1265 Vasta simul recipit. persistit pectore celso
 Cornipedis species et caelum uertice fulcit.
 Ora dehinc serpens et prima uolumina tantum
 Conditur. ingentis late tamen agmina caudae
 Pone trahit. subit ista salum, subit aequora rursum,

1247 spatiis β spaciis *v* | uindicat *v* *V* uendicat *A* 1248 Ad-
 luuione *V* Alluuione *A* Ad lumine *v* | sali *Grotius* : sati β satii *v*
 1249 Adq. *V* Atq. *A* *v* | liber *A* libero *V* *v* | c&era *V* caetera *A* *v*
 1250 oris *v* *V* ores *A* 1251 Tinguatur *v* *V* Tinguatur *A* | tangit *Gro-*
tius : tingit | caerulea *v* caerulea β 1252 Cilicis *Grotius* : cilici β cy-
 lidi *v* 1254 tum *Grotius* : cum | procyon *v* *A* pcyon | sectatus *v* *A*
 secatus *V* | erilem *V* herilem *A* *v* 1256 occidui *v* *V* occidui *A* | sonoro
Aldus : sonorum 1257 Supprimat *v* *A* Suprimat *V* 1258 Cygnum
v *A* Cignū *V* | flammata *v* flamata β 1259 Sidera *v* *V* Sydera *A* |
 notum *v* *V* notam *A* | cum *Grotius* : tum | numinis *v* luminis β
 1260 patulas *Grotius* : paruas 1261 cum surgit *Morel* : consurgit
 1262 adq. *V* atq. *A* *v* | ecce : aece *V* ecce *v* exce *A* 1264 umerorū *V*
 humerorum *A* *v* 1266 caelum β caelum *v* 1267 serpens *v* sper-
 nens β 1268 late *v* latq. β | caudae *v* *A* caude *V* 1269 salum
Grotius : solum

- 1270 Integer Oceani cum se Centaurus in undas
Iecerit adque nouo uibrarint sidere pisces.
His in summa poli surgentibus ille per austrum
Piscis item, planta quem pulcher aquarius urget,
Redditur. haud toto tamen hic se corpore promit,
- 1275 Sed manet alterius uenientis tempora signi:
Parte latet, partem supera in conuexa sonoris
Fluctibus absoluit pelagi. sic bracchia maestae
Andromedae, sic crura dehinc umerique nitentes
Paulatim recauo redeunt maris, aurea caelo
- 1280 Postquam adolent pisces incendia. denique pisces
Cum rutilant, mundo dextram haec attollitur^{ur} ulnam
Laeuaque uirginei sursum se corporis edent,
Phrizei postquam pecoris proruperit ortus.
Australe<m> hic aries aram procul admouet undis
- 1285 Gurgitis occidui. qua lux redit, excitat idem
Persea proceri sustollere uerticis astra
Et claros fulgere umeros. at cetera nondum
Sunt exempta salo, quin totum hoc inuida ueri
Natura ambigua rerum ratione reliquit,
- 1290 Extimus an reliquos aries produceret artus
Perseos an tauro freta pelleret adsurgente.
Hoc una caelum subit integer; haud rese<s> ullo
Viscere nascentis noua tauri deserit astra,

1271 adq. *V* atq. *A v* | sidere *v V* sydere *A* | pisces *Morel* :
pisce *V* piscem *A v* 1273 quem *v q. V q. A* 1275 alterius *v V*
alternis *A* 1277 bracchia *V* brachia *A v* 1278 umeri *V* humeri *A v*
1279 cęlo β cęlo *v* 1281 attollitur *Grotius* : attollit (-et *v*) in β
1282 Leua *A* Leua *V v* | sursū *V* rursū *A v* | edent *Breysig* : edeunt *V*
edunt *A v* 1288 Phrizei *Breysig* : Phrix & *v* Phris s& *V* Phrisei
et *A* | postquam *v V* postq̄ & *v* 1284 Australē *Aldus* : Australe |
admouet *A* admouit *V v* 1287 umeros *V* humeros *A v* | cętera *V*
cętera *A v* | nondum β nūdum *v* 1288 exempta *v A* e(ō)ēpta *V* |
salo β solo *v* | quin *v A* qum *V* | ueri *v* uerit β 1291 freta β freti *v* |
adsurgente *v V* assurgente *A* 1292 cęlum *A* celū *V* cęlum *v* |
reses *Schrader* : rese β res *v* 1293 Viscere *Haupt* : Viscera

- Quippe huius flammis aurigae sidus inhaeret,
 1295 Nec tamen hunc totum sustollit taurus in aethram.
 Aurigam salsis euoluunt fluctibus omnem
 Surgentes gemini. tauro capra plantaque laeua
 Adque haedi exsuperant, cum primum rursus ab undis
 Caetosa in superum referuntur uiscera caelum,
 1300 Nam cauda et cristae rigor arduus aera celsum
 Tunc repetunt. diri cum sidera gurgite monstri
 Voluit praecipitis teres inclinatio mundi,
 Eminus ingentem condit pars prima Booten.
 Quattuor hic etenim signis surgentibus altum
 1305 Vix penetrat pelagus neque summa totus ab aethra
 Labitur Arcturus, manus olli quippe sinistra
 Inge manet celsisque super subducitur ursis.
 At cum iam pedibus repetit fluctus ophiuchus,
 Vt genua Oceanus uasto procul aequore condat,
 1310 Signum erit eoa geminos procedere parte.
 Nec lateri pistrinx cuiquam uicina uidetur,
 Sed iam tota super sustollitur: expuit atram
 Iam pelagus speciem nec adhuc tamen extima sorbet.
 Quid *nunc* nascentis suspectat nauita ponto
 1315 Agmina prima Padi caelo tum feruere aperto
 Vicinasque faces rutili manet Orionis?
 Curricula ut solers uero mox indice discat

1294 flammis *v V* flamis *A* | sidus *v V* sydus *A* 1296 euoluunt
v V *A* 1297 plantaque laeua *v V* leŭtaq; plaŭta *A*
 1298 Adq. hedi exsuperant *V* Atq; hedi (hoedi *A*) exuperant *A v*
 1299 Caetosa *V* Cetosa *A v* | caelum β cœlum *v* u. 1300 om *A* |
 cauda *V* caude *v* 1301 diri—monstri *v V*, om *A* 1302 praecipitis
v A precipitis *V* | teres—mundi *v V*, om *A* 1303 ingentem condit
 pars *v V* *A* 1305 Vix *v V* Nec *A* | aethra β
 ethra *v* 1306 sinistra *v A* sinistra *V* 1308 At cum *v* Ac tum β |
 fluctus ophiuchus β fluxus ophiucus *v* 1309 Vt genua *v* Ut genu *V*
 Vrgens *A* 1310 eoa *v V* *A* 1312 sustollitur expuit *v V*
 *A* 1313 sorbet *Grotius*: sorbent *v V* sorbens *A*
 1314 nunc *Schrader*: ne 1315 cœlo β cœlo *v* 1316 faces β feces *v*
 1317 solers *v V* soles *A* | uero *v V* sueto *A* | discat *v V* distat *A*

- Certa tenebrarum possitque fideliter astro
 Explorare notos et tuto carbasa ponto.
- 1320 Credo, ni desit magnorum congrua cura,
 Prompta uia est ipso cognoscere talia semper
 Praeceptore Ioue et caelo tibi signa magistro
 Omnia ducentur. monet alta Iuppiter aethra
 Singula nos, facilis ueram dedit arbiter artem,
- 1325 Ne tempestatum primordia caeca laterent.
 Nonne uides, primum cum Phoebe in cornua surgit (Progn.)
 Tenuia et angusto lumen iacit ore per aethram
 Decedente die pronoque ab tramite solis,
 Promat ut ingressi[s] solers tibi tempora mensis?
- 1330 Namque facem quarti sibimet profitebitur ignis, 5
 Corpora cum primum perfundens lumine nostra
 In subiecta soli tenuem porrexit umbram.
 Ast orbis medii si caedat Cynthia formam,
 Octauos ortus octauaque plaustra docebit.
- 1335 Denique cum toto dea iam surrexerit ore, 10
 Integer ut magni resplendeat ambitus orbis,
 Effluxisse sibi medii iam tempora mensis
 Monstrabit caelo. pleni cum rursus egena
 Oris eat, tanto procedens lumine formae,
- 1340 Inserit aeriis quantum dea nubibus ignis, 15

1319 & v ut β 1320 Credo v V Crede A | ni desit magnorum
 congrua (congrua V) v V magnaꝝ A
 1321 Prompta uia est v Prōta uia . ē . V Prot et A | sem-
 per v A sep V 1322 Præ(P-V)ceptore ioue & caelo (caelo v) v V
 Preci de A | magistro ꝑ magistrī v u. 1323—
 1334 om A, *tredecim uersuum spatio uacuo relicto* u. 1326 PRO-
 GNOSTICA Morel *inscripsit* 1328 q. V quæ v 1329 ingressi
Grotius : ingressis v V 1331 lumine V lumina v 1333 Ast v
 Astat V | caedat *Breysig* : cedat v V 1334 Octauos *Aldus* : Octauus
 v V | octaua v octauae V 1335 dea iam surrexerit (surrexit v)
 ore v V, om A 1336 ut v, om ꝑ | magni—orbis v V, om A 1337 Ef-
 fluxisse—mensis v V Effluxis A 1338 Monstrabit caelo pleni *Aldus* :
 Monstrabit caelo. spleni (caelos pleni v) v V
 pleni A 1339 formę ꝑ forme v 1340 ignis *Lemaire* : ignes

- Esse senescentis sibimet dispensia mensis
 Illa docet, quibus in rutili confinia fratris
 Tertia uix mundo superest uia. cum minus autem
 Umbrarum excludit, sunt tales quattuor ortus
 1345 Marcentis lunae, quales sub mense renato 20
 Quattuor exsurgunt languentis luminis umbrae,
 Adque *his* octonas includunt ordine luces.
 Interiectorum numerum quoque nosse dierum
 Prompta uia est: proprio semper dea proditur ore,
 1350 Scandat quanta polum, quotiens temone iuuenos 25
 Strinixerit et quanto iam tramite liquerit undas.
 Ac decedentis postrema crepuscula noctis
 Bis sex signa tibi, quae uersat signifer orbis,
 Monstrabunt, cursu nam Phoebus singula mutat
 1355 Semper, et alterno succedit in omnia lapsu, 30
 Conficiens iter aetherium. nunc igneus istud
 Astrum adolet flammis, alii nunc aurea Titan
 Lumina miscetur, uel cum deuexus in undas
 Labitur et rebus formam absumpsere tenebrae,
 1360 Vel matutino redit incunabula linquens 35
 Cum pelago et rebus suffudit luce colores.
 Sic diuersa diem comitantur sidera semper.
 Non ego nunc longo redeuntia sidera motu
 In priscas memore<m> sedes, habet ista priorum

1341 senescentis *v* senes centis *V* senes contis *A* 1342 in rutili *v* *V*. *A* 1343 cum minus β cominus *v* 1345 lunae β lune *v* 1346 Quattuor *v* *A* Quattuor *V* | exsurgunt *V* exurgunt *A* *v* | luminis *v* *A*² lumine β | umbrae β umbre *v* 1347 Adque *V* Atq; *A* *v* | his *Aldus*: bis | octonas *V* actonas *v*. *A* 1348 nosse β nosce *v* 1353 quae *v* *A* que *V* 1354 phoebus β phæbus *v* 1355 succedit—lapsu (lapsu *V*) *v* *V*, *om* *A* 1356 iter—igneus *v* *V*. *A* 1357 Astrum—titan *v* *A* Astr *A* | aurea *v* a^(r)rea *V* 1360 incunabula *v* *V* incūnabula *A* 1361 suffudit *v* suffidit *V* infundit *A* 1362 diuersa *v* *A* diuersia *V* | diem *v* die β | comitantur *v* *A* cōmittant *V* 1362. 1363 sidera *v* *V* sydera *A* 1364 memorem sedes *Aldus*: memores edes *v* niemore sedes *V* memoro sedes *A* | habet *v* *A* ab& *V*

- 1365 Pagina et incerta rerum ratione feruntur. 40
 Nam quæ solem hiberna nouem putat aethere uolui,
 Vt luna<e> spatium redeat, uetus Harpalus, ipsam
 Ocius in sedes momentaque prisca reducit.
 Illius ad numeros prolixa decennia rursum
- 1370 Adiecisse Meton Cecropea dicitur arte 45
 Insemitque animis: tenuit rem Graecia solers
 Protinus et longos inuentum misit in annos.
 Sed primaeva <Me>ton exordia sumpsit ab anno,
 Torreret rutilo cum Phoebus sidere cancerum,
- 1375 Cingula cum ueheret pelagus procul Orionis 50
 Et cum caeruleo flagraret Sirius astro.
 Hic e<s>t fons, unde et <de>duxit tempora lunae
 Nauita, quo<m> longum facili rate curreret aequor,
 Et quo<m> ruris amans telluri farra parenti
- 1380 Crederet: ingenti petat haec indagine semper 55
 Seu qui uela salo, seu qui dat semina terrae.
 Nec mora discendi, breuis hic labor et breue tempus
 Poscitur, innumeros habet autem industria fructus.

1366 Nam qui *Ios. Scaliger*: Nāq. V Nanq̄ A Nam quæ v | solem v
 solon β | hiberna v V hyberna A | aethere v aethrae V çtheŕa A |
 uolui A uului V uultu v 1367 lunæ *Scaliger*: luna | spatium β
 spacium v | ipsam β ipsa v 1368 Ocius v V Ocyns A | ç v A quæ V
 1369 prolixa v, om V..... A | decennia v V decentia A 1370 me-
 ton β metron v | cecropea v cecoprea β 1371 Insemit *Schrader*:
 Insemit | animis β ais v | græcia v A grecia V | solers v sol-
 lers β u. 1373 hic om β, in margine habet V; post u. 1374 praebet haec:
 exordia sumpsit ab anno A; inde a u. 1373 incipit oua
 pagina in v | ☉ S; V Sed v Et *Breysig* | primæua meton *Aldus*:
 primaeuaton V primeuaton v | sumpsit v A sumsit V 1374 Tor-
 reret v Torret β | sidere V sydere A 1376 caeruleo v ceruleo A
 cerulea V 1377 Hic est fons *Breysig*: Hoc ut fontem v V Hoc et
 fontem A | deduxit *Grotius*: duxit 1378 quom *Breysig*: quo |
 æquor v A equor V 1379 Et quom *Breysig*: Et quo β Aequora v |
 ruris v raris V târis A | farra v V fama A 1380 Crederet β Cra-
 deret v 1381 seu v se uo V seuo A | semina β sœmina v 1382 hic
Aldus: huc

- Vtilitas te certa manet, praenosceret motus
 1385 Si libet aerios et tempestatibus ipsis 60
 Edere principium. te primum sponte procellis
 Arcebis rapidis, te rursum principe fluctus
 Vitabunt alii, si certis singula signis
 Tempora discernas. nam mundi cardine uerso
 1390 Vt stata raucisoni redit indignatio ponti. 65
 Saepe etenim quamquam tranquillae noctis amictu
 Mitia protenti requiescant terga profundi.
 Doctus securam subducit ab aequore classem
 Nauita et actaea retinet statione phaselum,
 1395 Cum matutinae praesensit signa procellae. 70
 Namque alia<s> caelo cum tertia lumina Phoebus
 Exserit, ille sali furit implacabilis horror,
 Adfore quem pelago comitem sibi dixerat astrum.
 Crebro quinta dehinc lux commouet Amphitriten,
 1400 Saepe inopina mali clades ruit. omnia certis 75
 Indiciis tibi luna dabit, seu lucis utrimque
 Caesa facem, seu cum teretem concrescit in orbem.
 Sol quoque uenturas aperit tibi saepe procellas,
 Sidera producens et cum sale sidera condit.
 1405 Nec minus ex aliis aderit cognoscere motus 80
 Aequoris et magnos caeli callere tumultus,

1384 certa *v* A cert(e) *V* | praenosceret *v* p̄nosceret *V* p̄nosseret A
 1385 libet β labet *v* 1387 rapidis | rabidis *Morel* 1388 signis *v* A
 ignis *V* 1391 quāquam *v* quaquam β 1393 aequore *v* A aequorē *V*
 1394 actaea β actea *v* | retinet *v* A r̄ina & *V* | phaselum *v* *V*
 phasellū A 1395 matutinae praesensit *v* A inat utine p̄sen-
 sit *V* | procellae *v* A p̄celle *V* 1396 Namque *v* *V* Nanq̄ A | alias
Aldus: alia | caelo cum β cœlo tum *v* 1397 Exserit *V* Exerit A *v* |
 furit β fuerit *v* | implacabilis *V* implacabilis A implicabilis *v*
 1398 Adfore *v* *V* Affore A 1399 amphitritē *v* *V* Amphitriten A
 1400 Saepe *v* A sepe *V* 1401 utrimq̄. *V* utrinq̄ *v* utrūq̄ A
 1402 Caesa *v* A Cessa *V* | concrescit *v* A concressit *V* 1403 uenturas
 aperit *v* A uentura raperit *V* 1404 Sidera *v* *V* Sydera A | sidera
v *V* sydera A 1406 caeli β cœli *v*

- Quos det certa dies, qui[d] longi tempore mensis
 Astrorumque uice et mundi ratione trahantur.
 Aeris inmadidi quiddam tellure creatum
- 1410 Spiramenta uomunt. uis hoc cum fudit in auras 85
 Venarum, occulte patulo praetexitur agro
 Insubiectum oculis terramque supernat omnem:
 Vuida materies, quam cum calor ignicomantum
 Hausit stellarum, superas subducit in auras
- 1415 Et concreta diu conpingit nubila mundo. 90
 Si minor haec madidi substantia caespite ab imo
 Subrigitur, tenues nebulae caligine fusa
 Tenduntur caelo. uis autem siccior olli
 Cum fait, in celeres dissoluitur undique uentos
- 1420 Vicinumque sibi flabris dominantibus ultro 95
 Aera propellit. si maior protinus umor
 Consurrexit humo, pluuias quoque nubila fundunt
 Et pluuiis late calor est pater. hic super imbres
 Exprimit et ductum feruentis ab obice mundi
- 1425 Respuit umorem. si moles magna utriusque 100
 Occurset sibimet uelut obuia cominus agri,
 Compulsu aereo fragor intonat amplaque late
 Murmura discurrunt pariter crepitantibus auris.
 Hic inflictus item diuersorumque per aethram
- 1430 Saepe superne furens inlisio fulgoris ignes 105

1407 Quos *v* *V* Quid *A* | qui *Grotius* : quid | tempore *Grotius* :
 tempora 1408 trahantur *v* *A* tractantur *V* *u.* 1409 om β 1410 fu-
 dit *V* fundit *A* *v* 1411 praetexitur *v* *A* p̄texit *V* 1412 supernat
Aldus : supernotat 1413 Vuida *Heinsius* : Uult a *V* Multa *A* Mul-
 taq̄ *v* 1415 conpingit *V* conpingit *A* *v* 1416 caes pitae *V*
 caespite *v* *A* | imo *v* *A* im'o *V* 1417 nebulae *A* nubulae *V* nubilae *v*
 1418 celo β caelo *v* | siccior β succior *v* 1419 dissoluit *A* dissoluit
V *v* 1421 umor *V* humor *A* *v* 1422 Consurrexit β Cum sur-
 rexit *v* | humo *v* *A* umo *V* | pluuias β pluuiia *v* 1424 ductum
Schaubach : ducta ab *Schaubach* : ut | obice β obiice *v* 1425 umorē *V*
 humorem *A* *v* | moles β molles *v* 1426 sibi *v* *A* si *V* | cōminū *V*
 cominus *A* *v* 1427 Compulsu *V* Compulsu *A* *v* 1430 inlisio *V*
 illisio *A* illiso *v*

- Excludit rutili totamque uolantibus aethram
 Praestringit flammis et caelum sulphore odorat.
 Omnibus his genetrix tellus et caespite ab imo
 Ducuntur superi motus. ipsa ignea mundi
 1435 Lumina, flammigero Phoebus temone coruscans 110
 Et quae noctiuagos attollit Luna iuuenos,
 His peperere malis exordia. namque deorum
 Mouit humum cum forte calor, laxata repente
 Spiramenta soli uenas procul altaque pandunt
 1440 Viscera telluri. bibit imum terra calorem 115
 Desuper et madidum tepefactus caespes anhelat.
 Aeris hos motus rabiemque uolubilis undae,
 Flabra procellarum, mundani tramitis iras,
 Praesentire decet. cape solers singula mente
 1445 Praeceptisque uirum sitientia pectora pande. 120
 Cynthia cum primum caelo noua cornua promit,
 Cautus utrimque deam circumspice, namque reuectae
 Nequaquam semper similis lux inbuit ortum,
 Sed species diuersa trahit uarioque notatur
 1450 Formarum. primi cum surgit luminis igne, 125
 Tertia cum rutilat, cum maior sideris aethram
 Scandit et aérias quarta face luminat oras,
 Ingredientis erit plene tibi nuntia mensis.

1432 Praestringit *A* Praestringit *Vv* | flammis *V* flammis *A* flammis *v* |
 caelum β caelum *v* | sulphore *V* sulfure *A v* 1433 Omnibus β Omni-
 hus *v* | genetrix *V* genitrix *A v* | caespite *V* cespite *A v* 1434 Du-
 cuntur β Ducuntur *v* | motus *Aldus* : metus 1435 flammigero *v*
 flammigero β 1437 peperere *v* perere β | nãq. *v* *V* nanq̄ *A*
 1438 humum *v* *A* umū *V* 1439 altaq. β atq̄ *v* 1441 tepefactus
 cespes *v* *A* taepe factus caepes *V* | anhelat *v* *V* anhelat *A*
 1442 rabiem *v* *V* rabie *A* | undae *v* *A* unde *V* 1444 Praesentire *v* *A*
 Presentire *V* | solers *v* *V* sollers *A* 1445 Praeceptis *v* *A* Pceptis *V* |
 sitientia β scientia *v* 1446 caelo β caelo *v* 1447 utrimq. *V* utrinq̄ *A*
 utrūq̄ *v* | deam *v* *A* deã (a *super* c *uel* e *V* | nãque *v* *V* nanq̄ *A* |
 reuectq̄ *A* reuecte *V* reuertae *v* 1448 inbuit *V* imbuit *A v* 1451 si-
 deris *v* *V* syderis *A* 1452 aérias β aereas *v* 1453 plene *v* q. lene β |
 nuntia *V* nuncia *A v*

- Haec castigato si tertia fulserit ortu,
 1455 Pura sit ut foedis ab sordibus, adfore dicet 130
 Clara serena diu. tenui surrexerit autem
 Si face et ignito suppinxerit ora rubore,
 Turbida certantes conuerrent aequora chauri.
 Luminis ista dehinc si crassior adque retunsis
 1460 Cornibus ingreditur, si quarti sideris ortu[m] 135
 Percussi [ut] tenuem protendat corporis umbram,
 Imbribus au zephyris hebetabitur, arguet ultro
 Flabra noti aut pluuias. nam crassus desuper aer
 Cornua caeca premit, notus uuidus aera cogit.
 1465 Tertia si rursum protollat Cynthia cursus, 140
 Sic subrecta faces et acumina tenta coruscans,
 Vt nec curua quasi declinet cornua nec se
 Fusa supinato diducat lumine in auras:
 Occiduo zephyrum praedicet surgere mundo
 1470 Aut Libyae de parte notum. sin quattuor autem 145
 Cynthia curriculis caelum subit adque coruscis
 Cornibus inmodice prost[r]antibus exserit ignes,
 Vis prolixa salum ciet, ocus omnia chauri
 Marmora conuoluent, fera uerrent flabra profundum.
 1475 Istius in borean quod se sustollit acumen, 150

1454 fulserit *v* *V* fulxerit *A* 1455 ut *v* *V* et *A* | foedis β fedis *v* | sordibus *Aldus*: sortibus | adfore *v* *V* affore *A* 1458 conuerrent *v* *V* conuertent *A* 1459 crassior *A* grassior *V* *v* | adq. *V* atq. *A* *v* 1460 sideris *v* *V* syderis *A* | ortu *Morel*: ortum 1461 Percussi β Percursi *v* | ut *del. Grotius* 1462 au *V* aut *A* *v* | zephyris *v* *A* zepheris *V* | ultro *v* *V* \ddot{a} ltro *A* 1463 crassus *v* *A* grassus *V* 1464 caeca p̄mit β ceta praemit *v* | uuidus *v* *V* huuidus *A* 1465 cynthia *v* *A* cynthia *V* | cursus *A* curus *V* currus *v* 1466 subrecta β subiecta *v* 1467 curua *v* *A* \ddot{u} rua *V* 1468 Lumine *A* lumine *n* *V* lumen *v* 1469 zephyrum *v* *A* zephiru *V* | praedicet *A* predicet *V* *v* 1470 libyae *v* *A* lybiae *V* 1471 caelum β caelum *v* | adq. *V* atq. *A* *v* 1472 prostantibus *Morel*: prostrantibus *v* *A* pros strantib: *V* | exserit *Grotius*: suserit β usserit *v* *A* *corr.* 1473 Vis *Grotius*: Vix | prolixa *v* *V* p̄lyxa *A* | ocus *v* *V* ocus *A* 1474 fera *v* *A* ferra *V* | uerrent *v* *V* \ddot{u} tent *A* | profundum *v* *A* pfund *V* 1475 borean β boream *v* *A* *corr.*

- Si curuum specie uelut annuat, adfore caelo
 Saeua procellosi praedicet flabra aquilonis.
 Namque hoc urgeri sese adserit hocque grauari,
 Si luna alta tuens docet inclinarier alta.
- 1480 Indice rursus eo ueniet notus, hanc ubi partem 155
 Pone supinari conspexeris inque reclinem
 Sponte habitum pandi, nam subrigat auster acumen
 Inferiore plaga. si lunam tertius ortus
 Proferat adque deae conuoluat circulus oras
- 1485 Suffusus rutilo, mox tempestate sonora 160
 Spumosum late pelagus canescere cernes.
 Maior et haec rauci uersabit gurgitis undas,
 Ipsa quoque inmodice si uultum luna rubescat.
 Contemplator item, seu plenum luminis orbem
- 1490 Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli 165
 Caeditur et mediae uelut indiga lucis utrimque
 Sustinet obductae sibimet dispendia formae,
 Cornua prima replens et cornua fessa dehiscens.
 Induit ac qualem procedens ore colorem,
- 1495 Hunc perpende oculis, ipso monitore dierum 170
 Signa tene ac totum discerne in tempora mensem.
 Non unum deprenta diem tibi signa loquuntur
 Nec uulgo in cunctis adsunt praecepta diebus,

1476 specie *v* *A* speciae *V* | ānuat *A* anuat *V* armat *v* | adfore *v*
 afore *V* affore *A* | caelo β cœlo *v* 1477 Sæua *v* *A* Seuā *V* | praedicet *v*
 p̄dicet β 1478 Nāque *v* *V* Nanq̄ *A* | adserit *v* *V* asserit *A* 1479 Si
 luna alta tuens *Breysig* : Summa (Sūma β) alte (alt̄ *V*) tuendo |
 inclinarier β inclinarer *v* 1480 rursus β rursus *v* | notus β noctis *v*
 1484 adque *V* atq̄ *A* *v* | deq̄ *A* daeae *V* dee *v* 1487 uersabit *v* *A*
 uessabit *V* 1490 seu *v* *V* *A*² sea *A*¹ | cum *v* *V* tum *A* 1491 Cae-
 ditur *v* *V* Cedit̄ *A* | mediae β medie *v* | indiga *A* indica *V* *v* | utriq̄. *V*
 utriq̄ *A* *v* 1492 Sustinet *v* β Substinet *A* *corr.* | obductae *v* od
 obductae *A* obducte *V* 1493 prima *v* *V* p̄a *A* | fessa] fissa *Grotius*
 1494 ac *A* ac̄^{//} et ac *V* & *v* 1495 Hunc *Grotius* : Hinc 1497 de-
 prenta *Morel* : deprehensa | loquunt̄² *V* loquuntur *A* *v* 1498 prae-
 cepta *v* p̄cepta β

- Sed quae signa nouo dederit *nox* tertia motu
 1500 Quartaue, sustollat medios dum Cynthia uultus, 175
 Durabunt caelo. medio quae edixerit ore
 Ignis in plenos, hinc in dispendia rursus
 Altera prouisae signantur tempora lunae.
 Illa dehinc, donec germani luminis ignis
 1505 Accedat Phoebe, mensis postrema notabunt. 180
 Hoc, quod protento uehit ingens mundus inani,
 Aera nomen habet; quod spirat caespite tellus,
 Nubila dicuntur. caelum super aula deorum
 Axe ad<am>anteo conuoluitur. hic sua certis
 1510 Sunt loca numinibus. borealis uerticis altum 185
 Regia Saturni. qua siccior annus anhelat
 Aestatis rutilo, calida stat Iuppiter aethra.
 Inmodicus terra<m> qua desuper ignis adurit,
 Gradiuo incolitur. brumalis pulsus habenas
 1515 Qua Solis redigit, pulchro Venus optinet astro. 190
 Ast ubi demerso latet ater circulus orbe,
 Cessit Mercurio locus umbrifer. his super amplas
 Quinque tenens zonas certo uia feruida Soli
 Limite decurrit. tum Luna<m> nubila propter,
 1520 Exhalantis humi qua spiramenta madescunt, 195

1499 quæ v A que V | nouo v A nono V | nox Aldus : mox
 1500 dum cynthia v A du cinthia V 1501 quæ v A que V
 1504 illa v A illa V 1505 phoebe v V phoebo A | postrema v A
 post trema V 1506 uehit v V uelut A 1507 caespite V cespite A v
 1508 caelum : celū V cælum v celsum A | super v A dūp V 1509 ada-
 manteo Schrader : a denteo 1511 anhelat v anhelat A hanelat V
 1512 iuppiter v V Iupiter A 1513 Inmodicus V Immodicus A v |
 terram Aldus : terra 1514 Gradiuo v A Grandiuo V 1515 op-
 tinet : obtinet v oprin& V oppmet A 1516 Ast ubi demerso v Abs-
 tuli demerso V A | ater v V A 1517 Cessit
 mercurio v V A | umbrifer β imbrifer v | his v hi V
 hic A 1518 Quinq; tenens Aldus : Quinque tenet v V A |
 certo uia v V A 1519 tum Lunam Grotius : cum luna v,
 om A | nubila v inubila V, om A | propter v V, om A 1520 Exhalan-
 tis v V Exhallantis A

- Ima uehunt caeli. lux it dum *fusa* frequenter
 Desuper in nubes, rutilantis lampada^a lunae
 Pascitur umore et uarias dea lumine formas
 Exprimit inserto. sic crebro denique Phoebe
 1525 Nubibus ambiri, cum subsint nubila lunae, 200
 Creditur. hanc quotiens includere circulus ergo
 Spectatur, proprio succedunt ordine signa:
 Ille alias trino conuoluit tramite lunam
 Et geminus plerumque meat, solet unicus idem
 1530 Cingere. si simplex circumuersabitur orbem, 205
 Signa procellarum certissima, signa sereni
 Praeferet; abruptus subito praenuntiat euros.
 Marcescens tenui sensim caligine et aethra
 Digestus patula docet undis adfore pacem.
 1535 Si duo se lunae circumfudere, repente 210
 Maxima uis pontum, uis uerret maxima terras
 Maioresque dehinc agitabunt stagna procellae,
 Si trinus rutilum constrinxerit ambitus orbem;
 Et magis inmodica formidine saeuiet auster,
 1540 Zonarum taeter fuerit si tractus in aethra. 215
 Denique disrumpant si sese cingula lunae,
 Ultima tempestas ruet imi gurgitis aestum.
 SOL. Solis quin etiam, solis tibi cura uidendi
 Sit potior, solem melius praeuisa sequuntur

1521 caeli β caeli v | luxit dum fusa *Grotius*: luxit dum (cū V)
 (lux A) frustra 1522 lampada *Buhle*: lampade 1523 umore V
 humore A v | lumine formas v A lumene foras^m V 1524 phoebe β
 phœbo v 1525 ābiricū V ambiri cum v ambicū . . . A | lunæ v A
 lune V 1526 hanc v A han V 1528 alias trino v V ab austrino A
 1529 plerūq. V plerumq; v plerunq; A 1532 Praeferet v Pferet β |
 abruptus *Morel*: abruptos v A abruptos V | ũnuntiat β praenuntiat v
 1533 Marcescens v Marcescens β | tenui A *corr.*: tenuis 1534 ad-
 fore v adforē V affore A 1536 uerret β nertet v 1538 ambitus v V
 antitus A 1539 inmodica β in modica v | saeuiet v A seui & V
 1540 taeter v V teter A 1542 etiam v A & ia V 1544 praeuisa v A
 ũuisa V

- 1545 Astrorumque duci monstrata tenacius haerent, 220
 Siue ille occiduas uergat decliuus in undas
 Seu se luciferis reparabilis exerat oris.
 Istius ingentes radii caliginis atrum
 Et nebulosarum tractus piceos tenebrarum
- 1550 Lumine dissociunt, cum per chaos umbriferum uis 225
 Flammea peruasit. cum se per noctis amictus
 Inserit aerae fulgor facis, ille calore
 Pigra mouet, s<t>imulat rutilus torpentia flammis.
 Sol sopita animat, Sol dura obstacula primus
- 1555 Curru adamanteo reserat pater. efflua Phoebus 230
 Igne inhihet, Phoebus radiis densata relaxat.
 At cum flammigeri cedit uis inclyta solis,
 Lucis egens, crassaeque deus latet obice nubis,
 Et caelo et pelago magnos ait adfore motus.
- 1560 Non hic, cum primos educet gurgite uoltus, 235
 Ceu picturato diuersos ore colores
 Proferat. haud etenim tali tibi sole reuecto
 Mitia iam caeli fas expectare serena.
 Et si tranquillo conuexa concurrerit astro
- 1565 Indideritque facem ponto deus integer, ora 240
 Nube carens purusque coma<s> et splendidus orbe,

1545 Astrorum *v* Austrorum β | tenacius haerent *v* tenacius haerent (haerens *A*) β 1550 Dissociunt *Grotius* : dissociunt *v* di(de- *A*)spiciunt β 1551 Flammea *v* Flamea *A* | se per *Grotius* : sō p *V* semper *A* *v* 1552 aerie *A* aerie *V* *v* | calore *v* *V* calori *A* 1553 stimulat *Grotius* : simulat | flammis *v* *V* flammis *A* 1554 sopita *v* *A* *V* corr. posita *V* pr. 1555 adamanteo reserat β adamantaeo referat *v* | phoebus *A* phoeb *V* febum *v* 1556 relaxat *v* *A* relaxat *V* 1557 At cum *v* *V* Arcum *A* | flammigeri *v* flammigeri β | inclyta *v* *A* inclita *V* 1558 crasse β crasse *v* | obice β obice *v* 1559 caelo β caelo *v* | pelago β pelage *v* | adfore *v* *V* affore *A* 1560 cum β eum *v* | primos educet *Aldus* : primo seducet (*v* sōducet *V* subducet *A*) | uoltis *V* uultus *A* uultum *v* 1562 sole reuecto *v* solere uecto *V* sydere uecto *A* 1563 caeli β caeli *v* 1564 astro *Grotius* : astro austro *A* austro *V* *v* 1565 facem *v* *A* face *V* | ora β ara *v* atra *Aldus* 1566 comas *Heinsius* : coma | orbe] orbem *Matthiae*

Conuenit eoae fac*<i>*em praesumere lucis.

Sed non ora cauo similis medioque recedens

Orbe quasi uel si radios discingitur ultro,

1570 Figat ut australem porrecto sidere partem 245

Aut borean rigidi iaculetur luminis igne,

Et uento et pluuiis reparata in luce carebit.

Denique per flammas procul adque incendia Solis,

Ipsa dei cedunt blandi si lumina, solers

1575 Tende oculos, certa hoc ducentur signa *magistro*. 250

Et ne sanguineus late rubor inbuat ora,

Qualia protractu uaga nubila saepe rubescunt,

Aut ne labenti piceus color abdat amictu

Lampada, quaere diu. si taetro crassior orbe est,

1580 Vuescet pluuiis tellus inflataque celsas 255

Aggere deuicto superabunt flumina ripas.

Ignea si fulgor percurrit plurimus ora,

Flamina crebra salis quatient uada, flamina terras

Conuerrent omnis et duri flabra aquilonis

1585 Siluarumque comas et celsa cacumina flectent. 260

Vis simul amborum si uultum solis oberret,

Cuncta noti quatient, imbres procul arua rigabunt.

Ecce alias primo nascentis solis in ortu

Vel cum praecipites pelago deus inserit ignes,

1567 faciem *Aldus*: facem | praesumere v p̄sumere β 1570 si-
dere v V sydere A 1571 Aut] Ac *Grotius* | bore.an V Boream A
borea v | iaculetur v V iaculent̄ A | igne v V.. ne A 1572 in *del.*
Grotius 1573 flāmas V flamas A flamma v | adq. V atq̄ A v | solis
Aldus: solers v V sollers A 1574 solers *Aldus*: solis 1575 ma-
gistro *Aldus*: sinistro 1576 inbuat V imbuat A induat v 1577 pro-
tractu v protactu β | saepe V.... A sepe v 1578 labenti v li-
benti V liuenti A | abdat v V obdit A 1579 quaere v V qua ore A |
taetro v retro β 1580 Uuescet v V Verset̄ A | inflataque celsas v V,
om A 1581 ripas β rippas v u.u. 1582—1878 om V, u.u. 1582—
1749 *leguntur post Orbem terras* A 1582 pcurrit A precurrit v
1583 Flamina *Aldus*: Elamina v Flumina A | flamina *Breysig*: flu-
mina v A 1584 omnis v cēs A 1585 Siluarum v Syluar̄ A
1587 Cuncta noti quatient imbres v } naeca nocti quacics iñdes A
1589 praecipites: precipites v A

- 1590 Vt coeunt radii nebuloso! cetera quippe 265
 Pars Hyperioniae rutilat facis hicque comarum
 Vis confusa micans mundo sua lumina *praestat*.
 Hic globus ater item liuentia nubila cogit.
 Non numquam crasso nebularum tectus amictu
- 1595 In connexa redit, tum caelo rursus aperto, 270
 Cum ruit, opposita uultum caligine condit:
 Omnibus his signis in terram defluit imber
 Plurimus. interdum tenuis *praeuertere* nubes
 Visa deum. haec celeri s<i> praesurrexerit ortu[m]
- 1600 Ipseque pone sequens radiorum luce carere 275
 Cernatur, nimbis ingentibus arua madebunt.
 At matutini si Phoebum [in] lit[t]oris acta
 Maiorem solito produxerit adque per aethram
 Marcenti similis defluerit extimus orbis
- 1605 *Adque* dehinc scandens minuat iubar igniferum sol, 280
 Pura serena aderunt. namque olli gurgitis aer
 Crassior inmodicum <surgens> diffuderat orbem
 Et iam *se* tenero sustollens tramite caeli
 Oblitum iusti iubar attrahat. hic quoque, magnis
- 1610 Cum madefacta die<s> sub tempestatibus horret, 285
 Pallidus ora cadens promittit pura serena.

1590 Vt v Et A | cetera : caetera v A 1592 praestat Aldus :
 prestat A v 1593 item v iter A | liuentia A libentia v | nubila v A
 corr. nabula A pr. 1594 nūq̄ A nunquam v 1596 uultum A mul-
 tum v 1598 praeuertere Aldus : preuertere v A 1599 celeri si
 Grotius : celeris v celeri A | praesurrexerit Aldus : praesurexerit v
 pressus surrex'it A | ortu Grotius : ortum v A 1601 Cernatur
 Aldus : Certatur v Letatur A | nimbis v nymbis A 1602 in del.
 Grotius | litoris v littoris v A 1603 adque per : atq; per v ad
 ap A 1605 Adque dehinc Breysig : Alta dehinc v Ab
 cade hic A | iubar v iuuat A | igniferum v ignipafū A 1606 serena
 Aldus : serene v secene A | nāq; olli v nanq; orri A 1607 surgens
 Aldus : A, om v | diffuderat A corr. : diffunderat v A
 diffuderit Lemaire 1608 se Grotius : si v A | celi A caeli v 1609 Oblitum v
 Obliquū A | attrahat A attrahit v 1610 dies Grotius : die v A
 1611 cadens v calens A | ,pmittit A promittet v | pura v para A

- Displosis etenim per apertam nubibus aethram
 Ora laboranti similis languentia pallet
 Et disiectarum moles late nebularum
- 1615 Indicat exuti faciem clarescere mundi. 290
 Qui<n> nascente die uenturos conuenit imbres
 Noscere, cum proni procul ad confinia caeli
 Defer<r>i piceo spectaris nubila tractu.
 Et cum declinant radii se partem in utramque
- 1620 Lucis in occasu, nox ut serat algida rores, 295
 Imber erit. puras si Phoebus cond&at habenas
 Et Calpetano tranquillum gurgite lumen
 Tinguat et inlapsum nubes ignita sequatur,
 Noxque diesque dehinc uenturi rursus Eoi
- 1625 Nimborum expertes et tempestatibus atris 300
 Durabunt. sed cum radiis marcentibus ardor
 Languet et <in> tenui tenduntur acumine frustra
 Phoebai crines, nimbos aget atra procella.
 Talis et obducti cernetur forma diei,
- 1630 Qualem fraternos subtexens luna iugales 305
 Lucem hebetat: subit haec superi sacra lumina solis
 Inferior mediaeque interstans lampadis orbe
 Arcet flammigerae radium facis. <h>aut tibi rursum,
 Cum matutinos molitur lucifer ortus,

1612 Displosis etenim *v* Diplosis sed enim *A* 1614 disiec-
 tarum *v* dissecta^r *A* | moles *A* molles *v* 1615 exuti *v* et uti *A* |
 clarescere *v* calor ascere *A* 1616 Quin *Aldus* : Qui *v* Cū *A*
 1617 Noscere *v* *A* | celi *A* caeli *v* 1618 Deferri *Aldus* : De
 seri *v* *A* | spectaris *v* spectantis *A* 1619 utr&q; *v* utranq; *A*
 1620 occasu *v* hoc casu *A* | serat] ferat *Aldus* 1621 puras *v*
 pmas *A* | cond&at *Grotius* : condit *v* *A* 1622 Tinguat *v* Tingat *A* |
 et ī lapsu *A* at in lapsu *v* 1624 Noxq; *v* Nanq; *A* 1625 Nim-
 borum expertes *v* Nymbo^r et ptes *A* 1626 cum *v* dum *A* 1627 Lan-
 guet *v* Langucat *A* | <in> *Aldus* | tenui *v* tenuat *A* | acumine *A*
 acumina *v* 1628 Phoebai *A* Phæbei *v* | nimbos *v* nymbos *A*
 1630 fraternos *v* nox fratrem *A* 1631 hebetat *Aldus* : habitat *v* *A*
 1632 Inferior *v* Inferius *A* | inter stans *v* uter trans *A* 1633 Arcet *v*
 *A* | flammigere *v* flamiger ae *A* | haut *Grotius* : aut *v* *A* |
 tibi rursum *v* abi rusfum *A*

- 1635 Ebria sanguinea<e> subuoluant uellera nubes; 310
 Namque grauis caelo fundetur protinus imber.
 Nec si sole procul rutila inter stagna morante
 Emineant radii, radios quoque crassior umbra
 Contegat, ille dies pluuiis uentoque carebit.
- 1640 Quin erit imber item, si solem circulus ater 315
 Ambiat exortum. maior se denique nimbus
 Vrgebit caelo, maior sola perluet imber,
 Circumfusa adeo si cingula nescia solui
 Seruarint taetrae speciem torpentia molis.
- 1645 Saepe etiam Phoebos nubes percussa rubescit 320
 Et meditata dei formam procul igne recepto
 Concipit effigiem, simulato luminis orbe.
 Id qua parte poli spectaueris, adfore ab ipsa
 Parte tene uentos. tamen haec, tamen omnia semper
- 1650 Decedente die melius uentura docebunt. 325
- ASELLI Conuenit hic etiam paruam praesepe notare.
 Id nubi nomen, quae cancro obuoluitur alto,
 Graecia docta dedit. duo propter denique asellos
 Suspice, quorum alius septem uicina trioni
- 1655 Astra adolet, tepidum procul alter spectat in austrum. 330
 In medio quod nube quasi concrescit adacta,
 Id praesepe uocant. porro hoc praesepe repente

1635 Ebria sanguinea *Aldus* : Ebria sanguinea v Et nasan
 ganea A 1636 Namq; v Nanq; A | fundetur v fundo cur A 1637 ru-
 tila inter stagna v rutilantis anga A 1638 radios v radio A |
 crassior v rasio A 1640 erit v nent A 1641 exortum v exortam A |
 nimbus v nymbus A 1642 adeo v dea A 1644 Seruarint
Schrader : Seruarent v A | tetrae *Aldus* : tetre v ta eo A | molis A
 mollis v 1645 Sepe A Sepe v 1646 dei v die^p diei A | igne v ore A
 1647 simulato A simulata v 1648 qua v qd A | pte poli A parti-
 poli v | spectaueris adfore v pectaberis affore A 1651 praesepe
Morel : presepe v pre repe A 1652 quae v q; A 1654 Suspice v
 Suscipe A | alius A maluis v 1655 tepidum v termū A | austrū A
 astrum v 1656 concrescit v concessit A 1657 Id v In A | prę-
 sepe A presepe v | porro A porrho v | pręsepe repente A presepe
 rapente v

- Si sese ex oculis procul aufer<a>t, ardeat autem
 Congruus aeriis late rubor ignis asellis,
 1660 Nequaquam tenues agitabunt stagna procellae. 335
 At si sideribus similis lux duret et illi
 Taetra sit effigies, ruet altis nubibus imber
 Lenior et parco mox tellus rore madebit.
 Sed boreae si parte trucis uelut indiga iustae
 1665 Stella facis lento marcescere cernitur igne, 340
 Et procul alterius iuba late flagrat aselli,
 Protinus Aethiopum surget conuallibus auster.
 At regione noti si lucem stella senescat,
 Saeuus Riphæis aquilo crepitabit ab oris.
 1670 VENTI Quin et terrenis cape rebus certa frequenter 345
 Signa procellarum. nam cum traxere tumorem
 Aequora prolixum, cum lit[t]ora curua resultant
 Sponte procul neque caeruleus colliditur aestus,
 Aut cum proceris uertex in montibus ultro
 1675 Perstrepit aerium, uentos instare docebunt. 350
 Et cum parua fulix trepido petit arua uolatu,
 Stagna sinens, longasque iterat clangore querelas,
 Indicat insanis freta mox canescere uentis.
 Denique cum caelo tenduntur pura serena,
 1680 Saeuitura polo sunt flamina, primus in ipsa 355
 Mox picturati cum uertit pectoris artus
 Sturnus edax, premat ut tenuis uis obuia plumas

1658 auferat *Grotius* : aufert *A* auferri *v* 1661 sideribus *v*
 syderibus *A* 1662 Taetra *v* Tetra *A* | ruet] cadet *Aldus* 1663 parco *v*
 pars cō *A* 1664 trucis *A* crucis *v* | iustae *Aldus* : iuste *v* *A*
 1666 alterius *v* agitenus *A* 1668 At *v* *A* *A* | lucem] lucens *Grotius*
 1669 Saeuus *A* Segnus *v* Ingens *Grotius* | riphæis *v* Rhiphaisa Rhi-
 pheis *A* | crepitabit *v* trepidabit *A* 1671 cum traxere tumorem *v*
 contraxe . . humor *A* 1672 prolixum *v* plynxum *A* | litora : littora *v* *A*
 1673 caeruleus *Aldus* : ceruleus *v* ceruleas *A* 1675 uentos *v* uen-
 tus *A* 1677 clangore *v* langore *A* 1679 cęlo *A* cęlo *v* | serena *v*
 serens *A* 1680 Saeuitura *Morel* : Seruitura *v* *A* 1681 picturati *v*
 picea rāti *A* | cum uertit *Breysig* : conuertit *v* *A* 1682 pmat *A*
 premit *v* | tenuis : tenues *v* tenus *A* | uis *A* nil *v*

Et ne pos tergum pateat penetrabilis euro.

Latipedemque anatem cernes excedere ponto

1685 Saepius et summa nebulas se tendere rupe, 360

Iamque super latices florum uolitare senectam

Stellarumque comas rumpi procul, aethere celso

Decidere in terras, rutilarum spargere crines

Flammarum et longos a tergo ducere tractus:

1690 Inde etiam uentos mox adfore praemonet usus. 365

Quodsi diuersis se passim partibus ignes

Excutiant, uerret pelagus sine fine modoque

Turba procellarum, si duri limite ab euri,

Si regione noti, si lenis parte fauoni

1695 Aut de Bistonio mundi procul axe coruscat. 370

Si repetant ueterem ranae per stagna querelam,

Vellera si caelo uolitent, si discolor Iris

Demittat gemino se fornice, circulus albam

Si stellam taeter uelut ambiat, aequora propter

1700 Si crepitent uolucres, si gurgite saepius alto 375

Pectora mersentur, si crebro garrula hirundo

Stagna adeat, rutilae cum sunt primordia lucis;

Si matutinas ululae dant carmine uoces,

Improba si cornix caput altis inserit undis,

1705 Flumine terga rigans, si saeuit gutture rauco, 380

Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.

Imber erit, latis cum bucula naribus auras

Concipit, et late pluuiis sola cuncta natabunt,

1683 pos *A* post *v* | tergum *v* tergam *A* 1684 Latipedem *v*
 Lata pedem *A* | ꝥ *A* quæ *v* | excedere *v* exedere *A* 1685 nebulas *A*
 nebulam *v* | se tendere *v* ascendere *A* 1686 senectam *v* senetra *A*
 1689 Flammarum *v* Flamarum *A* 1690 adfore *v* affore *A* | praemonet *A*
 premonet *v* | usus *v* arus *A* 1692 uerret *v* uertet *A* 1693 euri *v*
 eari *A* 1694 Fauoni *A* fauonii *v* 1696 repetant *Heinsius*: repe-
 tunt *v* *A* | ranæ *A* rane *v* 1697 cælo *A* cælo *v* 1699 taeter *v* teter *A*
 1701 hirundo *v* irundo *A* 1702 Stagna *v* Si *A* | rutilæ *A*
 rutilat *v* | sunt *Grotius*: sint *v* *A* 1703 ululæ dant *v* hululæ dent *A*
 1707 latis *A* totis *v* | bucula *v* buccula *A* 1708 natabunt *A* made-
 bunt *v*

Cum proprias sol[l]ers sedes formica relinquet.

- 1710 **O**ua cauis *ecfert* penetralibus, aspera quippe 385
 Tempestas gelidusque dies et frigidus aether;
 Inserit internis terrarum sedibus aestus.
 Pectora cum curuo purgat gallinula rostro,
 Agmine cum denso circumuolitare uidetur
- 1715 Graculus et tenui cum stridunt gutture corui; 390
 Cum procera salum repetit <c>langore frequenti
 Ardea, cum paruae defigunt spicula muscae
 Et si nocturnis ardentibus undique testis
 Concrescant fungi, si flammis emicet ignis
- 1720 Effluus aut lucis substantia langueat ultro: 395
 Conuenit instantes praenosceret protinus imbres.
 Denique cum patulum torrens Vulcanus aenum
 Scintillas flamma circumlabente relinquit;
 Si notus humentis Libyco trahit aethere nubes
- 1725 **S**ive imum ad montem nebularam crassus amictus 400
 Tendatur, summo nudentur uertice saxa;
 Et qua pontus item freta per distenta quiescit,
 Nubila si longo se procumbentia tractu
 Diffundunt: caelo et Thetidi terrisque supinis
- 1730 Pax aderit, nusquam mundo ruet effluus imber. 405
- HIEMS. AESTAS Sed cum tranquillo tenduntur clara serena
 Sub Ioue, uenturae praenosceret signa procellae

1709 solers *Aldus*: sollers *v A* 1710 Oua *Aldus*: Qua *v* Quae *A* | *ecfert* *Breysig*: haec fert *v* effert *A* 1712 sedibus *A* reditus *v*
 1715 Graculus *v* Gracchulus *A* | gutture *A* guttere *v* 1716 clangore
Aldus: langore *v A* 1717 Ardea *v* Ardua *A* | muscae *A* musae *v*
 1719 Concrescant *Grotius*: Concrescunt *v A* | flammis *v* flamis *A*
 1721 Conuenit *v* Cū uenit *A* | protinus imbres *v* pxim ptin⁹ imber *A*
 1722 torrens *Aldus*: torret *v A* | aenum *v* ah ahēnū *A* 1723 Scintillas
 flamma *v* Sintillas flama *A* 1724 humentis *v* hūntes *A* | trahit *v*
 ciet *A* 1725 Sive imum *Grotius*: Si nimium *v* Si nimū *A* | amic-
 tus *v* amictu *A* 1728 procumbentia *v* copū bretia *A* 1730 Pax
 aderit *v* Pando *u A* | nusquam *A* nusq̄ *v* 1731 HIEMS. AESTAS
v (G), om *A* (linea uacua relicta) 1731 clara *Schrader*: crasta *v*
 castra *A* | serena *v* sereno *A* 1732 ioue uenturae *v* ia .. uenent̄ *A*

Conuenit ac rursum, cum perfurit aeris horror,
 Inspice, *quam* referant terris pelagoque quietem.

1735 Inter prima tamen paruam praesepe notatur, 410

Arduus excelso quod cancer cardine uoluit.

Hoc, cum concretus tenuari coeperit aer,

Discutit impositae late sibi mol[is] amictum.

Namque sereniferi patet hoc in flabra aquilonis

1740 Comminus et primo purgatur flamine uenti 415

Tempore. tum proprium modulatur noctua carmen,

Tum uespertinum cornix longaeua resultat,

Tum corui crepitant et ouantes gutture rauco

Agmina crebra uocant, tum nota cubilia laeti

1745 Succedunt pariter, tum pinnis corpora plaudunt. 420

Tunc et Strymonias circumuolare repente

Suspicias per aperta grues, ubi mitior annus

Sponte procellosum disiecerit aera caelo.

Tunc quoque, cum stellis hebes est lux omnibus ultro

1750 Nubila nec crassos circumduxere meatus, 425

Vt iubar occulerent flagrantibus obuia flammis,

Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignes,

Orbe nec expleto sacra sidera luna retundit,

Sed iam sponte sua stellarum lumina marcent:

1755 Conuenit hibernae praenosceri dura procellae. 430

Nubila si caelo consistere, nubila ferri

1733 ac *A* et *v* 1734 *quam* *Buhle*: quem *v* *A* | referant *v*
 refrenēt *A* 1735 paruam *v* prauam *A* | praesepe *Aldus*: praespecta *v* *A* 1737 Hoc *v* Hac *A* | coepit *A* caeperit *v* 1738 impositę late *A* impositae late *v* | molis *Aldus*: mollis *v* *A* 1739 Namq̄ *v* Namq̄ *A* 1740 Comminus *Grotius*: Cum minus *v* *A* | purgatur *v* purgant̄ *A* 1741 tum *v* cum *A* | proprium *Grotius*: prior *v* pprior *A* u. 1743 om̄ *A* | ouantes *L*: ouantia *v* 1744 tum *v* uel *A* | lęti *A* leti *v* 1746 strymonias *v* strymonia *A* 1747 grues *A*, om̄ *v* 1748 cęlo *A* cęli *v* post u. 1749 nouem lineae uacuae *A*, fol. 58r incipit *Germanicus*, u. 1750 sqq. post u. 1581 f. 23^e *A* 1751 occulerent *A* oculerent *v* | flammis *v* flammis *A* 1753 sacra sidera *v* saes sydera *A* | retundit *L*: recundit *v* *A* 1754 stellarum *v* stellas ut *A* 1755 hibernae *v* hybernę *A* 1756 cęlo *A* cęlo *v*

- Sique superfundī sibimet suspexeris ultro,
 Gramina si carpit seme[n]sa petacius anser,
 Si nocturna tibi cornix canit, hesperus aethra
 1760 Cum redit, innumero si cantu graculus instat, 435
 Si matutino fringuilla resultat ab ore,
 Si fugiunt uolucres raptim freta turbida Nerei,
 Orchilos infestus si floricomis hymenaeis
 Ima petit terrae, si denique paruus eritheus
 1765 Succedit trepidē scruposae concaua rupis, 440
 Cecropias si pastus apis uicinus ob ipsa
 Castra inhibet florumque simul libamina maestae
 Proxima decerpunt, si Threiciae per aperta
 Sponte grues trepidant nec sese audacibus aethrae
 1770 Committunt pinnis, ut longos saepe uolatus 445
 Formanere super, si soluit aranea casses,
 Tenuia si toto uehit auster licia caelo:
 Mox tempestates et nubila taetra cientur.
 Quid maiora canam? cinis <en>, cinis ipse, repente
 1775 Cum coit, albenti nix terras uestit amictu. 450
 Nix operit terras, rutilis ubi lumina prunis
 Summa rubent errantque breui caligine crassa<e>
 Interius nebulae et denso iam fomes in igni
 Marcescit penitus. pluuios mox arguet austros,
 1780 Induit inmodicis cum semet floribus ilex. 455
 Indiga nam suc[c]i ligno natura rigenti est
 Et cum flore nouo, cum brachia glande grauantur,

1757 q̄ A quæ v | suspexeris L: suspexerit v A 1758 semesa
 Aldus: semensa v A | petacius v petat ius A 1760 innumero
 Morel: in numero v A | graculus v gracchulus A 1761 fringuilla v
 pingui illa A 1762 nereī v nesei A 1763 hymenaeis v hymineis A
 1764 petit v pete A 1765 trepide Breysig: trepidæ v A | scruposæ v
 sa ruposæ A | rupis v puppis A 1766 ob A ab v 1767 męstę A
 męstæ v 1769 audacibus L: audacius v A | aethrae v ęthra A
 1770 longos L: longus v A 1772 licia v litia A | cęlo A cęlo v
 1773 tæthra v tetra A 1774 <en> Grotius 1776 prunis v p̄mis A
 1777 breui v breues A | crassæ Grotius: crassa v A 1779 Marcescit A
 Marcessit v 1780 ilex A illex v 1781 suci Breysig: succi v A

- Vuentis caeli sibi nutrimenta latenter
 Sponte operata docet. quin et lentiscus amara
 1785 Indicium est pluuis. ter fetum concipit arbos 460
 Terque nouos genētrix fructus alit ipsaque trino
 Flore renidescens tria tempora prodit arandi.
 Ter prorumpentis scillae teres erigitur flos
 Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.
 1790 Sic et crabronum rauca agmina si uolitare 465
 Fine sub autumnī conspexeris aethere longo,
 Iam uespertinus primo cum commouet ortus
 Vergiliās pelago, dices instare procellas.
 Sique suēs lentae, si lanae sedula nutrix,
 1795 Si capra dumosis errans in saltibus ultro 470
 In Venerem pergat, quippe ollis uuidus aer
 Excitat internum per uiscera mota furorem:
 Et tempestates et nubila protinus atra
 Adfore praecipies. quin et gaudebit arator
 1800 Qui[s]que solum iusti<s> uersabit mensibus anni, 475
 Plebe gruū prima, gaudebit tardus arator
 Agmine pigrarum: si<c> quadam lege deorum
 His comes est imber. pecudes si denique terram
 Lanigerāe fodiant, caput a[u]t tendatur in arcum,
 1805 Cum madidus <primum> per marmora turbida condit 480
 Pleiadas occasus, cum brumae in frigora cedit

1783 Vuentis *V* Huuētis *A* | celi *A* caeli *v* | latenter *v* *A*² latenter *A*¹ 1785 Indiciū *A* Inditium *v* | ter fetum *v* terrę cum *A*
 1786 genētrix: genitrix *v* *A* | trino *v* trinos *A* 1787 renidescens *v*
 reniscūt *A* 1788 scillae teres *v* Scyllę tener *A* 1790 Sic *A* Sit *v* |
 uolitare *v* uolitasse *A* 1791 autumnī *v* auctūni *A* 1792 uespertinus
 pmo *A* uespertinos primos *v* 1794 si lanae *v* sillanę *A* 1796 uui-
 dus *v* huuidus *A* 1799 Adfore *v* Affore *A* | praecipies *A*-
dus: praecipites quin & gaudebit *v* pcipies . qui nec gaudebis *A*
 1800 Quique *Morel*: Quisq; *v* *A* | iustis *Morel*: iusti *v* *A* 1802 sic
Morel: si *v* *A* | deorum *v* dearū *A* 1803 terram *v* terra *A*
 1804 Lanigerę *A* Lanigere *v* | at *Grotius*: aut *v* *A* | arcum *v* arcū *A*
 1805 primum *add. Breysig*: *A*, om *v* 1806 Pleiadas *A* Plia-
 das *v* | brumę *A* brume *v*

- Frugifer autumnus, ruet aethra concitus imber.
At ne perruptis terrarum dorsa lacunis
 Infodiant pecudes, si uasto uiscera hiatu
 1810 *Discutiant* terrae, ueniet uis aethere toto 485
 Dira procellarum, nix omnis uestiet agros,
 Nix herbas laedet teneras, nix uret aristas.
 At si contigerit plures ardere cometas,
 Inualidas segetes torrebit siccior aer.
 1815 Nam quae prorumpunt naturae legibus ultro 490
 Spiramenta soli, si iustus defuit humor,
 Arida, per caelum surgentia, desuper aethrae
 Ignescunt flammis mundique impulsa calore
 Executiunt stellas et crebro crine rubescunt.
 1820 *Contemplator* item: si longo plurima ponto 495
 Agmina festinant uolucrum solidamque frequentes
 Succedunt terram, sterilis desaeuiet aestus
 Ac sitient agri. nam qua circumflua tellus
 Adluitur pelago, coquit altas siccior aer
 1825 *Caespitis* arentis uenas citiusque calorem 500
 Sentit humus *succincta* salo. fuga protinus ergo
 Est auium in terras; pauet, *has* ut uiderit, aestus
 Agricola et sicco iam deflet mergite culmos.
 Sed si *tum* modico producant agmina ab undis
 1830 Nec trepido passim uersent conuexa uolatu, 505
 Laetitia est duris pastoribus, adfore parcos
 Praesumunt imbres. sic in contraria semper

1807 autumnus *v* auctumn⁹ *A* 1808 *At* *Movel*: An *v* *A*
 1810 *Discutiant* *Aldus*: *Dissutiant v* *Disyciant* *A* 1812 herbas *v*
 herbas *A* 1813 ardere *Aldus*: ardore *v* *A* 1815 prorumpunt *v*
 prumpunt *A* 1817 cœlum *A* cœlum *v* | çthreç *A* æthre *v* 1818 *Ignescunt*
 flammis *v* *Ignescunt* flammis *A* 1822 *Succedunt v* *Succœdunt* *A*
 1822. 1827 aestus *v* çstas *A* 1823 *Ac sitient v* *Assicent* *A* 1824 *Ad-*
luitur v *Alluic* *A* | pelago *A* pelago *v* | siccior *v* sicior *A* 1825 *Caes-*
spitis: *Cespitis v* *A* | uenas *A* uentis *v* 1826 *succincta* *Grotius*: sic
 cincta *v* *A* 1827 *Est v* *Festa* *A* | *has* *Schrader*: hos *v* *A* 1828 *de-*
flet v *deflet* *A* 1829 *tum modico* *Aldus*: *imodico* *A* modico *v* |
 undis *v* *udas* *A* 1831 *adfore parcos v* *affore* *saecos* *A*

- Vota homines agimur, nostrique cupidine fructus
 Poscimus alterius dispendia. denique et ipsa
- 1835 Solers natura et rerum genitabilis ordo 510
 Certa suis studiis adfixit signa futuri.
 Namque et ouis cupido si gramina tondeat ore,
 Insaturata cibi, decerpens latius agros,
 Pastor *id* indicium pluuiialis frigoris edet.
- 1840 Et si persultans aries lasciuius herbas 515
 Adpetat aut sese sustollant saltibus haedi
 Vel si iuge gregi cupiant haerere nec usquam
 Matribus absce[n]dant et si sine fine modoque
 Pabula delibent, cum tutas uesper adire
- 1845 Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos. 520
 Bubus arator item trahit atrae signa procellae,
 Lambere si lingua[m] prima hos uestigia forte
 Viderit aut dextrum prosternere corpus in armum,
 Vel si prolixis auras mugitibus implent,
- 1850 Pascua linquentes uix uespere. dat capra moti 525
 Rursum signa poli, cum <s>pinis ilicis atrae
 Multa inhiat. docet haec eadem sus horrida caeno,
 Gurgitis inluuie si saepius inuoluatur.
 Martius ipse lupus uillarum proxima oberrans
- 1855 Affectansque locos hominum lectumque laremque 530
 Sponte petens crasso consurgere nubila caelo

1833 homines *v* hoīs *A* 1834 Poscimus *v* Poscimur *A* 1835 Solers *v* Sollers *A* 1836 adfixit *v* affixit *A* 1837 Namque: Nanq | ouis: onis *v* vis *A* 1838 Insaturata cybi *v* Insatus atācibis *A* | latius] lētius *Grotius* 1839 id *Aldus*: et *A*, om *v* | idicium *A* inditium *v* 1841 Appetat *A* Adpetit *v* | haedi: hedi *v* hoedi *A* 1842 cupiant *A* capiant *v* 1843 abscedant *Aldus*: abscedant *v* ascendant *A* 1845 Compellat *v* Compellas *A* | adfore nimbos *v* affore enim bos *A* 1846 atrę *A* atro *v* 1847 lingua *Aldus*: linguam 1848 aut *v* ad *A* | in armum *v* ināpinū *A* 1849 prolixis *v* prolyxis *A* 1851 spinis *Aldus*: pinis *A* pinnis *v* | ilicis *A* illicis *v* 1852 caeno *v* cena *A* 1853 inluuie: in luuīe *v* illuuie *A* 1854 lupus *v* lusus *A* 1856 petens *Aldus*: potens *v* *A* | nubila cęlo *A* nubiba cęlo *v*

- Praemonet. id parui cum stridunt denique mures,
 Cum gestire solo, cum ludere forte uidentur,
 Portendunt tibimet; canis id praesentia<t>, ultro
 1860 Tellurem fodiens. tamen haec, tamen omnia rerum 535
 Adfore uel primo nimbos mox sole docebunt,
 Vel cum curriculis lux ibit coepta secundis,
 Tertius aut uerso cum uenerit ortus Olympo.
 Non spernenda tibi sunt <t>alia, sed memor uni
 1865 Adde aliud semper; si tertia denique signa 540
 Proueniant, firmo uenturum pectore fare.
 E<t> transactorum solers componere mensum
 Signa laborabis; si c<on>fluxere reperta,
 Nequaquam trepidare pudor persuadeat ullus.
 1870 Astrorum lapsus, astrorum protinus ortus 545
 Discute, si casus similis et stella per aethram
 Prodidit. exacti iam summa crepuscula mensis
 Et surgentis item primordia conscius artis
 Fare sacrae. mensum confinia summa duorum
 1875 Caeca latent. lucis haec semper semet in octo 550
 Inscia lunaris tendunt facis: ipse fideli
 Perquires studio et siquid tibi forte repertum,
 Pluribus indiciis solers fulcire memento.

1859 praesentiat ultro *Breysig* : praesentia ultro v i ientia
 adultis A 1860 omnia] omina *Grotius* 1861 Adfore v Affore A |
 nimbos v nymbos A 1862 coepta A cepta v 1864 sunt A sint v |
 talia *Aldus* : alia 1866 pectore v peccat ore A 1867 Et
 transactorum *Morel* : E transactorum v Errans actorum A | solers v
 sollers A 1868 confluxere *Grotius* : sic fluxere 1869 trepidare
 pudor v trepida pudor at A | vllus *Grotius* : ullos 1874 sacrae v
 sacre A 1875 Cæca A Ceca v 1877 tibi *Aldus* : sibi 1878 in-
 dicys A inditiis v | solers v sollers A post u. 1878 τῆς v RVFI
 (Ruffi A) FESTI ARATVS EXPLICIT v A

III.



Va protenta iacent uastae diuortia terrae
 Et qua praecipiti uoluuntur prona meatu
 Flumina per terras, qua priscis inclyta muris
 Oppida nituntur, genus hoc procul omne animantum
 5 Qua colit, Aonii<s> perget stilus impiger or<s>is.
 Ardua res, musae. deus, en deus intrat Apollo
 Pectora, fatidicae quatiens penetralia Cirrhae.
 Pierides, toto celeres Helicone uenite,
 Concinat et Phoebo uester chorus; Oceanumque,
 10 Carminis auspicium, primum memorate camenae.
 Oceani nam terra salo praecingitur omnis,
 Parua ut caeruleo caput effert insula ponto:
 Nec tamen extremo teres est situs undique in orbe[m],
 Qua colitur populis, qua tellus paret aratro;
 15 Sed, matutino qua caelum sole rubescit,
 Latior, accisi curua[n]tur caespitis aruo,
 Cetera protentus. tria sunt confinia terrae

v A (O) INCIPIT EIVSDEM ORBIS TERRAE v A FELIX *add. v*
 4 animantum A animatū v 5 aoniis *Cuspinianus*: aonii | orsis
Fonteinus: oris 6 Apollo A appollo v 7 fatidicę A factidicę v
 9 et] ut *Heinsius* 10 auspicium] auspicio *Oddius* 12 caeruleo v
 ceruleo A 13 situs A (O) suus v | orbe *Vadianus*: orbem
 15 cęlum A cęlum v 16 Latior v Lator A | curuatur *Schrader*:
 curuantur v turbantur A | caespitis: cespitis | aruo *Cur. Müller*:
 arua 17 Cetera: Caetera

Vnius: est primum Libyae Europaeque Asiaeque.

Aequore ab Hesperio qua se salis insinuat uis,

20 Terrarumque cauis inlabitur, arduus Atlas

Qua iuga celsa tume[n]t, Libyae sese explicat ora:

Finis huic Gades, septenaque gurgite uasto

Ora procul Nili, Phariorum <u>bi[c] glæba recumbit,

Et Pelusiaci celebrantur templa Canopi.

25 Europaeque dehinc laeuum est latus: at procul ambas

Vna Asia, inclinans geminis se cornibus, urget

Desuper, ac rupti diuortia continet orbis.

Europam atque Asiam Tanais disternat amnis.

Hic se Sarmaticis euoluens finibus alta

30 Scissus Araxeo prius aequore, iam suus unda

Effluit in Scythiam: procul hinc Maeotida Tethyn

Intrat, et inserto freta pellit uasta fluento,

Ismaricique riget semper flabris aquilonis.

At qua piscosi gurges strepit Hellesponti,

25 Vis obliqua sali tepidum procumbit in austrum,

Terrarumque trium modus est mare, donec in alti[s]

Ora procul Nili late Thetis efflua serpat.

Altera pars orbem telluris limite findit.

Caespes terga iacens Asiae succedit in oras,

40 Immensusque modi protenditur. hic latus artans

Caspia contingit freta desuper, atque tumentis

18 libyę A libye v 20 cauis A canis v | inlabitur v illabitur A
 21 tumet Libyae Heinsius: tum[†] tiibae A tument libye v 22 Finis v
 Fide A | gades v Gaddes A 23 Ora v A² Hora A¹ | vbi Vadianus:
 hic | glæba: gleba 24 pelusiaci v pellusiaci A 25 Europeę A
 Europe v | at Vadianus: et A ex v | procul v pꝑub A 26 asia v
 asię A 27 rupti v ruci A 28 amnis v oīs A 29 alta Vadianus,
 alte Schrader: ante 30 araxeo v Arax čo A Riphæo Camers | unda]
 udam Heinsius 31 scythiam v Scanchri A | Męotida A męo-
 tida v | Tethyn Pithou: tethin v techin A 36 in alti Vadianus:
 in (i A) altis 37 Ora A Hora v | Thetis A tethis v 39 Caespes:
 Cępes | oras] oris Schrader 40 immensusqꝑ modi v Immsus quo
 mod A | hic] hinc O | artans A aretans v 41 tumentis Cuspi-
 nimus: tū uenti A tumentis v (O)

- Proximus Euxino est: Asiam conterminus iste
 Europamque secat. tellus sese altera in austrum
 Porrigit, insertoque sinus interiacet agro
 45 (Nam sinus hic Arabum, sinus hic Aegyptius unda
 Aestuatur); et Libycis Asiam discernit ab oris.
 Sic diuersa fuit sententia, rite quis orbi
 Limes haberetur. totum hoc circumlatrat aestus,
 Et maris infesti moles ligat. una furenti
 50 Natura est pelago, pelagi sed nomina mille,
 Aequor ut innumeris terrarum admouerit oris.
 Qua se blanda satis intendunt flabra fauoni,
 Hesperium Oceano mare terras intrat ab alto.
 Axe Lycaoniae rursus facis, atque ubi dura
 55 Belligeratores nutrit tellus Arimaspas,
 Nomine Saturni late iacet aequoris unda.
 Hic densata sali stant marmora, pigraque ponti
 Se natura tenet, numquam ruit effluus humor:
 Mortuus hic Graio perhibetur gurges in usu
 60 Denique, quod lento stupeat plaga salsa profundo,
 Vel quod sole carens pars orbis taetra rigescat.
 Vix hebes has oras ardor Titanius adflat,
 Vix euecta dies illuminat, omneque late
 Pingue tenebrosa caelum subtexitur aethra.
 65 At qua prima dies rutilo sustollitur ortu,
 Aureus et tremulas late rubor inficit undas,
 Eoum pelagus, freta dicunt Indica *pandi*.
 Propter Erythraei tenduntur dorsa profundi,
 Aethiopumque salum diffunditur. hic notus aethram

44 agro v agris A 45 aegyptius v legi \ddagger ei^s A u. 46 om A
 47 rite quis v triquetris A | orbi v orbis A (O) 52 fauoni v Fa A
 54 lycaonie v lychaonⁱ A 58 numquam : nunquam 60 lento v
 lenta A 61 taetra v tetra A 62 Vix A Vis v | hebes has v (\ddot{h})bes A |
 titanius adflat v cteanius afflat A 64 cælum A cœlum v 65 prima
 A (O) primi v | rutilo v rutilos A | ortu v estu A 67 Eoum v Eum A
 pandi Wernsdorf : ponti 68 Erythraei Pithou : erythrei 69 hic v
 hinc A | aethram v æthra A

- 70 Vrit, et hic aestu radiorum Phoebus anhelo
 Arua coquit: sterilis regio est, et inhospita late
 Aret humus, cassaeque solo torrentur harenae.
 Oceanus sic cuncta uago complectitur aestu,
 Vndique sic unus terras interminus ambit,
- 75 Innumerosque sinus cauat inlabentibus undis
 Desuper: e[t] multis celebri sub nomine tantum
 Quattuor infuso late sale terga dehiscunt.
 Primus in orbe sinus uasti maris aequora gignit,
 Gurgitis Hesperii: procul hic protentus in ortus
- 80 Faucibus a Libycis aestum trahit, atque ubi laetam
 Caespite sub pingui pandit Pamphylia glaebam,
 Deficit, et curua sinuatur lit[t]oris ora.
 Alter item est primo breuior, maiorque duobus.
 Hic prolapsus aqua<e>s<t>, boreali fusus ab alto,
- 85 Terga procelloso turgescit Caspia fluctu.
 Hyrcanum hoc pelagus pars nominat. hinc duo rursum
 Ora patent ponti: geminus sinus aequoris intrat,
 Telluremque cauat, qua se notus axe tepenti
 Erigit. horum unus uada longe Persica fundit,
- 90 Caspia conuersus procul in freta; porrigiturque
 Quartus Arabs, tumet hic rapido per aperta fluento,
 Euxinumque salum uidet eminus. en tibi rursum
 Aequoris Hesperii tractus loquar: istius unda
 Lambit terga soli, qua se uagus explicat orbis.
- 95 Nam uel caeruleo loca circumplectitur aestu,

70 Vrit *A* Vritur *v* | aestu radiorum *v* est cura deorū *A* | an-
 helo *v* anhelo *A* 72 harenę *A* arenę *v* 75 in labentibus *v* illa-
 bentibus *A* 76 E *Cumers*: et | tñ *v* tatum *A* 77 late *v* lete *A* |
 sale *Cuspinianus*: sãlo *A* salo *e v* 78 gignit *O*: gingnit *v* cingit *A*
 79 hespy *A* besperii *v* | procul *v* .p *A* | hic] hinc *O* | ortus *Schrader*:
 oras 80 libycis *A* libicis *v* 81 Caespite: Cespite | Pamphylia
Pithou: pamphylia | glaebam *v* glebam *A* 82 litoris: littoris
 84 aquaest *scripsi*: aquas | fusus] scissus *Wernsdorf* u. u. 86—88 om *A*
 89 horum unus *v* os humus *A* 92 Euxinū *A* Euxinium *v* 93 trac-
 tus *v* tractū *A* 95 caeruleo *v* ceruleo *A*

- Vel celso demissa iugo confinia radit,
 Moenia uel fusi praestringit gurgite ponti.
 In zephyrum tellus extenditur, oraue terrae
 Vltima proceras subducit in astra columnas.
 100 Hic modus est orbis Gadir locus, hic tumet Atlas
 Arduus, hic duro torquetur cardine caelum,
 Hic circumfusus uestitur nubibus axis.
 Et primum ruptas se pontus Hibericus illinc
 Inserit in terras: caput autem principiumque
 105 Europae et Libyae est. mediis infunditur oris,
 Inrepiteque salum. scopuli stant ardui utrimque:
 Vnus enim Europam, Libyam procul aspicit alter.
 Sic discreta freto proceras cacumina celsis
 Emicuere iugis, sic intrant saxa profundum,
 110 Sic subeunt nubes, sic caelum uertice fulcit
 Maura Abila, et dorso consurgit Hiberica Calpe.
 Gallicus hinc aestus prouoluitur. hic super urbem
 Massiliam gens Graia colit, Ligurumque tumescit
 Aequor, et indomito tellus iacet Itala regno.
 115 Ausonis haec regio est; ubi genus ab Ioue summo.
 Qua se flabra trucidis boreae per inhospita terrae
 Eructant caelo, populis caput Aeneadarum,
 Alba dehinc cautes est terminus: haec freta propter
 Trinacriae summa consurgit lit[t]oris ora.
 120 Euoluuntur item uada fusi caerulea ponti;
 Insula qua Cyrenus fluctu madet alludente,

96 demissa *Vadianus*: dimissa 97 praestringit *A* (*O*) prestringit *v*
 99 colūnas *v* pcellas columnas *A* 100 gadir *v* gaddir *A* 101 cę-
 lum *A* cœlum *v* 102 nubibus *A* nubilus *v* (*O*) 103 illinc *v* illic *A*
 105 libyæ *v* libię *A* | mediis infunditur *v* medius int⁺fundit̄ *A*
 106 Inrepite *v* Irrepite *A* | utriq̄ *v* utrinq̄ *A* 107 enim *Cumers*: in
 (ĩ *A*) 108 discreta *A* diserta *v* 110 cęlum *A* cœlum *v* 112 vrbem
Vadianus: orbem 113 ligurum *v* lygurū *A* 114 Itala *A* italia *v*
 115 hæc *v* eg *A* 117 cęlo *A* cœlo *v* | ęneadarum *A* ęnea clarum *v*
 118 freta *A* fręta *v* 119 summa *A* (*O*) summo *v* | litoris: littoris
 120 Euoluūtur *A* Euoluuntur *v* | cęrula *v* cerula *A* 121 allu-
 dente *v* at⁺uidente *A*

- Lit[t]oris ostriferi protendens latius undam,
 Sardiniamque dehinc moles circumflua cingit
 Aequoris, et cano spumant freta concita fluctu.
- 125 Hinc Tyrrhena sali sunt agmina, qua notus axem
 Humidus inclinat: qua lux se rursus eoa
 Emergit pelago, Siculi maris aestuat unda,
 Obliquumque quatit gurges protentior altum
 Vsque in saxosi Pachyni iuga. plurimus inde
- 130 In Cretam trahitur ponti tumor: hieque procul se
 Inclinat rupes, *at*<que> obuia fluctibus altis
 Ingreditur pelagus Gortynia moenia iuxta,
 Ac procumbentis sola propter pinguia Phaesti.
 Prona mari[s] cautes extenditur, ut ferus ora
- 135 Est aries, utroque minax petit obuia fronte:
 Denique sic olli nomen prior indidit aetas:
 Nec minus Italiam cornu prospectat acuto
 Lit[t]oris, et rapidi perflatur Iapygis ore.
 Hinc se rursus aquis Hadriatica marmora fundunt
- 140 In borean, zephyrumque dehinc deflexa parumper
 Alta petunt, rauco penitus repentia fluctu:
 Hic sinus Ionus curuatur litoris acta,
 Caespitis et gemini tellus inrumpitur alto.
 Nam qua caeruleis pontus sese inserit undis,
- 145 Illyris in dextris pandit regionibus agros,

122. 138 Litoris : Littoris 123 Sardinia A Sardina v 125 axem v
 undam axem A 127 Siculi A seculi v | aestuat A estuat v 129 pa-
 chyni Cuspinianus : pachyni v pachini A 130 trahitur v erigit A
 131 Inclinat rupes v Inclinat pes A | atque Schrader : et A sese v
 132 Gortynia Friesemann : cortynia A corthynia v 133 Ac v A²
 At A¹ | Phaesti O : sexti 134 mari Cumers : maris | ut v an A
 135 minax O : minas 136 sic olli Cuspinianus : si colli (sic colli O)
 137 acuto A (O) acuti v inter u. 137 et 138 repetitur u. 84 in A
 138 iapygis v Iapigis A | ore Schrader : ortu 139 hadriatica v
 ariatica A 140 borean : boream u. u. 141. 142 transposuit v
 142 litoris : littoris 143 Caespitis : Cespitis | gemini] gemino O |
 inrumpitur v irrumpitur A 144 caeruleis v ceruleis A | pontus v
 ponti A 145 Illyris A Illyricis v

- Emathiamque super sulcat genus acre uirorum:*
 Ausonidum laeuast. hinc longo caespite tellus
 Funditur, et uaria populorum pube domantur
 Arua soli. trina haec pelagi circumtonat unda.
 150 Nam qua se zephyri sustollunt flabra, profundum
 Tyrrheni est pelagi; qua se notus erigit aethra[e],
 Sicanum late fluitat mare: qua procul autem
 Spirat ab eoīs pulcher regionibus eurus,
 Ionii sunt terga sali. sic Itala tellus
 155 A[t] circumfusus latus amplum la<m>bitur undis.
 Efflua post Siculi moles euoluitur alti,
 Inque notum late uada ponti caerulea serpunt,
 Donec harenosa<e> s<e> attollant aequore Syrtes,
 Infidumque rati tenuent mare. languida quippe
 160 Aequore iam fesso sese trahit unda per ambas.
 Montibus ab Siculis capit autem prona meatum,
 Cretaeisque iugis mox Syrtes inter oberrat
 Parcior, et tenui praetexens ima fluento.
 Rursus ab Idaea Salmonide porrigit aequor
 165 Se geminum: nautae Pharium dixere profundum,
 Quod procul [h]in Casiae uergit confinia cautis:
 Sidoniique dehinc late salis aestuat unda,

146 *Emathiam*: *Aemathiam* | *sulcat* *v* *pandit* *A* 147 -st *scripsi*:
 est (ast *O*) | hinc *O*: hic | *caespite*: *cespite* 148 *Funditur*] *Ten-*
ditur Schrader | *uaria* *v* *uarie* *A* 149 *haec*] hic *O* 151 *Tyrrheni* *A*
Tirrheni *v* | *ethra* *Cuspinianus*: *aethrae* 153 *eoīs* *v* *eoīs* *A* | *eurus* *A*
euras *v* 154 *sunt* *v* *sinit* *A* | *Itala* *A* *italia* *v* 155 *A* *Vadianus*: *Vt* |
latus amplum *v* *latiū* *p* *A* | *lambitur* *Vadianus*: *labitur* 157 *caerulea* *v*
cerula *A* 158 *arenosae* *se Schrader*: *harenosas* | *attollant* *v* *attol-*
lunt *A* | *aequore* *Schrader*: *aequora* 161 *ab* *v* *á* *A* 162 *Cretæis* *A*
Creteis *v* | *mox* *Fonteinus*: *uix* | *oberrat* *uel* *aderrat* *Wernsdorf*:
oberrans 163 *Parcior* *A* *Partior* *v* | *praetexens* *A* *pretexens* *v*
 164 *Salmonide* *v* (*Samonide* *O*) *seruon* *idē* *A* | *porrigit*] *proiecit*
Lemaire 165 <in> *geminum* *O* | *nautę* *pharium* *A* *nautę* *farium* *v*
 166 *in* *Casiae* *Celio Calcagnini*: hinc *asię* (-e *v*) | *cautis*] *Caucis* *O*
 167 *S*^y(*i*)*donę* *A* *Sidoni* *v*

- Issicus inmodico donec sinus ore patescat,
 Aequoris et nostri sit terminus: arua ubi late
 170 Pinguia proceris Cilicum uersantur aratris.
 Curua salo forma est: hinc sese marmora ponti
 In zephyrum torquent, ac flexu lubricus errat
 Gurgēs, et exesas inlabitur unda lacunas.
 Sic uirosorum prolixa uolumina sese
 175 Sponte cerastorum facili sub uiscere curuant;
 Sic spiras crebro sinuat draco, seque uel orbe
 Colligit inclinans, uel pronis agmina longe
 Tractibus absoluit: stridet nemus undique totum,
 Pestifero afflatu serpens uagus inquinat aethram.
 180 Haut secus inlapso penetrantur lit[t]ora fluctu,
 Et rursus tellus init aequora: iugis ubique
 Mugitus pelago est, gemitu loca cuncta resultant.
 Imminet h<u>ic late Pamphyliā, subluit illic
 Vnda Chelidonias, inlisum murmurat aequor,
 185 Saepius et crebra spumescunt aequora rupe,
 187 Ac rursus in zephyrum uada semet caerulea curuant.
 186 Terminus his cautis Patareidis eminet arcis.
 188 Hi<n>c salis Aegaei tractus tonat, inque Bootis
 Plaustra dehinc rapidi flectuntur marmora Nerei,
 190 Saxosis Sporadum saepe obluantia ripis.
 Non aliud tanta consurgit mole profundum,

168 donec *v* nec *A* | patescat *Schrader*: patescit 169 sit *v*
 sic *A* | arua *v* arma *A* 170 cilicum *v* ulicum *A* 172 zephyr̄ *A*
 zephyrum *v* 173 inlabitur *v* illabitur *A* 174 uirosorum *Schrader*:
 uirosarum | prolixa *v* prolyxa *A* 175 cerastorum *Cuspinianus*:
 cerasturum | facili *v* facies *A* | uiscere *v* uisere *A* 176 crebro
 sinuat *v* creber inuadat *A* 179 aethram *v* q̄thra *A* 180 Haut *Pithou*:
 Haud *A* Aut *v* | inlapso *Pithou*: in lapso *v* illapso *A* | litora: littora
 188 huic *Schrader*: hic *v* . . . *A* | Pamphylia *Pithou*: pamphilia *v*
 pam filia *A* 184 Vnda *Camers*: Vnde | chelidonias inlisum *v* hęc
 lidonias illisum *A* u. 186 *sq.* *transposuit Schrader* 187 semet
 caerulea curuant *v* seme cerula uersant curuāt *A* 186 his *Schrader*:
 hic | patareidis *v* Patereidis *A* 188 Hinc *Schrader*: Hic | Aegaei
Pithou: aegēi 189 nereī *v* nerī *A* 190 saepe *v* se se *A*

- Non sic curua Thetis fluctu tumet: extimus olli
 In Tenedum cursus, pelagi caput incipit Imbro.
 Caespitis hi<n>c proni protendens dorsa Propontis,
 195 Flatibus ex boreae tepidum procumbit in austrum,
 Immensaeque Asiae populos alit ubere terrae.
 Hi<n>c artas inter fauces atque obuia saxa
 Thracius angustas discludit Bosphorus oras,
 Bosphorus Inachiae subuector uirginis olim.
 200 Nam uicina sibi stant lit[t]ora, terraque parci
 Faucibus oris hiat, pronam sinus euomit undam:
 Proxima non alibi tantum diuortia cernas
 Caespitis: ha[e]c pecoris *cursu* sternacis in aequor
 Inachis illata est; sic pectus canduit ira,
 205 Paelicis et tanto diuam dolor extulit igni.
 Illic instabili fama est sale saxa moueri,
 Inferrique sibi flabris urgentibus oras:
 Hic rigidas errare ferunt per marmora cautes,
 Et nunc ora *sali* uastas praetendere rupes,
 210 Nunc aperire sinum: gemit amplo murmure pontus,
 Seu quod collisas Thetis indignata per arces
 Saeuiat obiectis; seu quod breuis exitus undas
 Exerat, et strictis eructet faucibus aequor.
 Interius lato pontus se gurgite fundit,
 215 Vndarumque procul latus explicat, aurea Phoebi

192 curua *A* curia *v* | thetis *v* t et is *A* 193 Imbro *Vadianus* :
 imbri 194 Caespitis *v* Cespitis *A* | hinc *Hudson* : hic | protendens
 dorsa propontis *v* pendens dosa Prop^{(e)ntis} *A* 196 Immensæ *A*
 Immense *v* | ubere *v* hubere *A* 197 Hinc *Hudson* : Hic | artas *v*
 arctas *A* | obuia *v* obuli *A* 198 bosphorus *Cuspinianus* : bosphorus *v*
 Bosporus *A* 199 Bosphorus *v* Bosporus *A* 200 litora : littora
 201 pronam *A* prona *v* | undam *A* unda *v* 202 tantum] sibi tam
Wernsdorf 203 Caespitis *v* Cespitis *A* | hac *Camers* : haec (hoc *Vlitius*) |
 pecoris *v* pector ius *A* | cursu *Wernsdorf* : dorso 205 Paelicis *v*
 Pellicis *A* 206 fama *v* famæ *A* 208 rigidas *A* rigides *v* 209 ora *v*
 ara *A* | sali *Wernsdorf* : soli | praetendere *v* p̄tendere *A* 210 amplo *v*
 ampli *A* | pontus *v* ponti *A* 211 thetis indignata *v* totis
 idigna *A*

- Qua rota purpureo repetit conuexa sub ortu.
 Sic obliqua maris panduntur denique dorsa,
 Vt matutinis inclinent aequora habenis,
 Longior aut boreae concedat gurgēs in axe<m>.
- 220 Pontus enim nostrae sinus est amplissimus undae.
 H<u>ic Asia ab laenis praecingitur Europamque
 Excipit, aduersusque dehinc se Thracius artat
 Bosphorus et tenui uix panditur oris hiatu.
 At qua diducto pontus distenditur aestu,
- 225 Et porrecta mari terrae iuga longius intrant
 In pelagus, tractuque uago sua litora linquunt,
 Caespite Paphlagonum prodit saxosa Carambis.
 Altera se cautes similis procul arietis ori,
 Dura pruinoso qua torpet Taurica caelo,
- 230 Exerit, et tenta late premit aequora fronte.
 Eminus ista notum uidet, arctos eminus illa.
 Porro inter fluctus ac fusi marmora ponti
 Proxima celsorum sic sunt sibi dorsa iugorum,
 Quamuis uasta sali moles interfuit arces,
- 235 Vt gemini sit forma maris. sed brachia pontus,
 Finibus arctois, ecae lucis in ortum,
 Et qua prona dies atris inuoluitur umbris,
 Molliter inclinans, Scythici speciem facit arcus;

217 panduntur] tenduntur *Schrader* 218 inclinent æquora *A*
 inclinet æquor *v* | habenis *v* habenis *A* 219 aut] ac *Schrader*
 axem *Heinsius*; axe 220 undę *A* unde *v* 221 Huic *Luc. Müller*;
 Hic | lacuis *A* (*O*) leuis *v* 222 q̄ *A* quæ *v* | artat *Pithou*; arctat
 223 Bosphorus *v* Bosporus *A* | hiatu *v* hiatu *A* 224 qua *v* q̄ Qua *A* |
 distenditur *v* disterniſ *A* | estu *Cuspinianus*; æstui *v* æstus *A*
 225 Et *v* Vt *A* 226 tractu *v* tractus *A* | lit ora *A* littora *v*
 227 Cæspite *v* Cespite *A* | Paphlagonum *Vadianus*; paphiaconū *A*
 paphiaco *v* | carambis *v* charambis *A* 229 pruinoso *A* pruinoso *v* |
 cęlo *A* cęlo *v* 232 Porro *A* Porrho *v* | ac *v* et *A* 233 celsor̄ *A*
 celsarum *v* | iugorum *Heinsius*; lucorum 234 interfuit *v* inter-
 fluat *A* 235 pontus *v* ponti *A* 236 arctois *A* arctoris *v*
 238 Scythici *Cuspinianus*; stythici *v* scythicis *A* | arcus *v* aruis *A*

- At tepidi de parte noti directior ora<m>,
 240 Continuumque iacens, rigidi sub imagine <ne>rui
 Tenditur: excedit confinia sola Carambis
 In borean uergens. boreali rursus in arcto
 Ore sinus patulo Maeotidis alta paludis
 Aequora prorumpunt: Scythia late barbarus oras
 245 Incolit, et matrem ponti cognominat undam.
 Sola parens ponto, genetrix haec sola fluento est:
 Hoc se fonte trahunt uaga glauci marmora ponti,
 Cimmerio prolapsa sinu; nam Bosphorus illic
 Cimmerius fauces aperit: circumque superque
 250 Cimmeri*i*, gens dura, colunt. hic ardua Taurus
 In iuga consurgit, caelumque cacumine fulcit
 Verticis, et celsis late caput inserit astris.
 Huc, mirante salo, quondam sese intulit Argo
 Thessala, et innantem stupuerunt aequora cumbam.
 255 Sic uasti moles pelagi interfunditur oras:
 Sic se forma maris toto procul explicat orbe.
 Nunc tibi tellurem uersu loquar: incute docto,
 Phoebe, chely<n> plectro. musis intermina uita
 Permanet, et memori laus semper pullulat aeuo.
 260 Indefessa tuae sint mentis acumina, lector,
 Sudorisque mei patulo bibe carmina rictu:
 Dulcis in his haustus, meritum graue, gratia perpes.

239 tepidi A tepedi v | pte A patte v | directior *Cuspinianus* :
 directitur v erectior A (divertitur O) | oram *Schrader* : ora 240 nerui
Cuspinianus : ruii v ruii A (O) 241 carambis v charambis A
 242 borean : boream 243 Maeotidis A maeotidis v | alta *Schrader* :
 arta v arua arcta A 244 prorumpunt *Pithou* : prerumpunt v pre-
 repunt A | Scythia A schyta v 245 cognominat A congominat v
 246 genetrix : genitrix | est v, om A 248 bosphorus illic v
 bosporus ille A 250 Cimmeri*y* *Vadianus* : Cimmerius (Cimmerium O)
 u. 251 om A | caelum : caelum v 252 mirante salo v mirantes
 sola A | quondam A quandam v 254 Thessala A Tessalla v | cumbam :
 cymbam 258 chelin *Cuspinianus*, chelym A² : chely | Vita v uicta A
 261 patulo A potulo v | rictu A ritu v 262 perpes v prepes A

- Ergo solum terraeque Libystidis ora per austrum
Tenditur, eoae procul in confinia lucis.
- 265 Gades principium est; caput huius *caespitis* autem
Ar[c]tius angusto conducit lit[t]ora tractu,
Oceanique salum cuneo subit: istius orae
Terminus immensis Arabum concluditur undis.
At latus hoc terra diffusius explicat agros,
- 270 Aruaque tenta patent. haec pingui *caespite* tellus
Aethiopum est nutrix, qui nigros propter Erembas
Extremi Libyae curuo sola uomere sulcant:
Et rursum Aethiopes soli subiecta cadenti
Arua tenent. sic scissa uirum gens ultima terrae
- 275 Incolit: hos adflant rutilae incunabula lucis;
Hi iam praecipitis terrentur solis habenis.
Propter proceras zephyri regione columnas
Mauri habitant; his fluxa fides et inhospita semper
Corda regent; trahitur duris uaga uita rapinis.
- 280 Proxima se late Numidarum pascua tendunt,
Massylique super populi per aperta locorum
Pal[l]antes agitant. certi laris inscia gens est:
Nunc in dumosas erepunt denique rupis,
Nunc quatiunt campos, nunc siluas inter oberrant
- 285 Coniugibus natisque simul: cibus aspera glando
Omnibus: haud *ollis* sulcatur *caespes* aratro:
Non his mugitus pecudum strepit. incluta post hos

263 -que] quâ O | libystidis A libistidis v (lyb: O) 265 Gades v
Gades A | caespitis : cespitis 266 Artius *Pithou* : Arctius | litora :
littora 269 terra *Friesemann* : terrę A terre v 270 caespite : cespite
272 libyę A lybię v | sola v s alo A 273 ęthiopes A ethiopes v
275 adflant rutilę v afflant rutilę A 276 Hi O : Hic | praecipitis v
pęcipitis A | terrentur v torrentur A (O) 281 (Massylę O) Massilij A
Massalii v 282 Palantes *Hudson* : Pallantes A Pallentes v 283 du-
mosas erepunt v dumosę se repunt A | rupis A rupes v 284 sil-
uas v syluas A 285 glando v glande glans ē A 286 ollis
Schrader : ullis | caespes : cespes 287 post v apud A

- Moenia consurgunt Tyriae Carthaginis: illa
 Vrbs Phoenissa prius, Libyci nunc ruris alumna,
 290 Paci blanda quies, et bello prompta eruento.
 Ast hinc in Syrtim praeceps ruit unda minorem,
 Vteriusque dehinc qua lux se reddit Olympo,
 Maior uasta sibi late trahit aequora Syrtis,
 Infidumque rati pelagus furit: ardua quippe
 295 Vndarum moles Tyrrheno cogitur aestu,
 Curuatumque salum quatit amplo lit[t]ora fluctu;
 Ecce alia<s> lento prorepat gurgite Nereus,
 Vndaque uix tenuis siccas praetexit harenas.
 Immemor ergo modi semper natura duabus
 300 Syrtibus, et classem sors crebro caeca fatigat.
 Ambarum medio procera Neapolis arcem
 Subrigit: hanc rursus gens late prisca uirorum
 Lotophagi includunt: diros[que] Nasamonas <at> inde
Aspice, quis quondam populorum examina multa
 305 Versauere solum, multo[s] sonuere per agros
 Balatu pecudes: nunc lati iugera campi
 Et grege nuda iacent, et sunt cultoribus orba.
 Ausonis haec duro uastauit dextera bello:
 Ausonis inuicti gens roboris una per orbem

288 carthaginis *A* cartaginis *v* 289 phoenissa *A* phoenissima *v* |
 libyci *v* libri *A* | ruris *A* susis *v* (*O*) 290 Paci *v* Plau *A* 291 unda
A (*O*) una *v* | minorem *v* minorē *A* 292 uasta *v* uasa *A* | late *v*
 lit̄a *A* 295 cogitur *A* cognitus *v* 296 litora: littora 297 Ecce *v*
 Tuñc *A* | alias *Schrader*: alia *inter u.* 299 et 300 est *u.* 308 *A*, om *v*
 300 sors crebro *v* cerebrū sors *A* 302 rursus *v* rarium *A* 303 Loto-
 phagi *v* Lotophagū *A* | includunt *Cuspinianus*: includunt *v* clu-
 dunt *A* | diros *Schrader*: duosq̄ | Nasamonas *A* nassamonas *v*
 (Nassamanas *O*) | at inde *Ios. Scaliger*: (i)ndu^I ^{Ide} *A* indit *v* (*O*)
 304 Aspice *Schrader*: Accipe 305 Versauere *v* Versa uera *A* | so-
 lum] sonum *O* | multo *Camers*: multos (multae *Heinsius*) | sonuere per
 agros *v* senuere p̄ annos agros *A* 306 Balatu *v* Ballatu *A* 307 sunt *A*
 suut *v* | cultoribus *v* uultūrib; *A* 308 est *inter u.* 299 et 300, *hic*
 om *A* 308 vastauit *Camers*: uasta | bello] ferro *O* 309 Ausonis *v*
 Bausonis *A*

- 310 Arma tulit: pubem Latiam ferus horruit Hister,
 Romanas aquilas Rhodanus tremit, Italicum ui
 Maesta paludiuagos Germania fleuit alumnos.
 Illi caeruleas attingunt aequoris undas:
 At qua nauigero tellus discedit ab aestu,
- 315 Innumerae gentes, populorum examina mille
 Arua tenent. hic fata canit uenerabilis Hammon,
 Mugit harenosis nemus illic denique lucis.
 Adstat Cyrene propter uetus, erigiturque
 Vrbs procera arces, et Apolline diues alumno:
- 320 Marmaridae iuxta; procul hi[c] tamen ultima regni
 Aegypto inclinant: tergo *Gaetulia glae*bam
 Porrigit, et patulis Nigretes finibus errant.
 Protinus hinc Garamas late confinia tendit,
 Trux Garamas, pedibus pernix, et arundinis usu
- 325 Nobilis: at quantum terrarum interna recedunt,
 Vt procul Oceano tellus uicina madescat,
 Aethiopum populos *adit* ampli caespitis ora,
 Terminus Aethiopum populos adit ultima Cerne.
 Post Blemeyes medii succedunt solis habenas,
- 330 Corpora proceri, nigri cute, uiscera sicci,
 Et circumuincti neruis extantibus artus.
 Hi celeri molles currunt pede semper harenas,
 Nec tamen impressae linquunt uestigia plantae.
 Eminus euoluunt hinc sese pinguia Nili
- 335 Flumina, et intenti prolabitur aequoris unda.

310 hister *v* Ister *A* 311 italicum ui *v* ut alia [†] diu *A*
 312 Maesta *A* Maesta *v* | fleuit *v* fleuit *A* 313 caeruleas *v* ceruleas *A*
 316 hic *v* his *A* 318 Adstat *v* Astat *A* | cyrene *A* tyrenae *v*
 320 Marmaride *A* Marmaride *v* | hi *Schrader*: hic 321 Aegypto *A*
 Aegypto *v* | Gaetulia *Pithou*: getulia | glaebam: glebam 322 ni-
 gretes *O*: nigrete *A* ingrate *v* 324 arundinis *A* harundinis *v* | usu *v*
 ictu vsu *A* 325 Nobilis *A* (*O*) Mobilis *v* 327 alit *Isaac Vossius*:
 adit | caespitis *v* cespitis *A* 328 adit *v* et ad *A* | Cerne *A* cernae *v*
 329 blemeyes *v* Blemÿ *A* 331 circū uincti *A* circūuincti *v* 332 celeri *A*
 celeres *v* 333 plantę *A* plante *v* 335 prolabitur *A* probabitur *v*

Hic qua secretis incidit flexibus agros,
 Aethiopum [in] lingua Siris ruit: utque Syenen
 Caerulus accedens diti loca flumine adulat,
 Nomine se claro Nilum trahit, inque iacentem
 340 Egyptum fusus fluctu premit arua marito,
 Fecundatque solum: procul illi<n>c agmina cogit
 In borean, scissusque uagis amfractibus aequor
 Proserit, et ponto septem ferus explicat ora.
 Non olli compar quisquam fluit, inelyta quamquam
 345 Vndique se totis eructent flumina terris.
 Nilus enim immensos uitam dispergit in agros,
 Et fouet inuecto sata gurgite: Nilus honorem
 Telluri reparat: Nilus freta maxima pellit.
 Hic Asiam ab Libya disternat, axe fauoni
 350 Secernens Libyam; redeuntis solis ab ortu
 Disiungens Asiae medio confinia fluctu.
 Nec procul illa uirum gens incolit, aëribus olim
 Quae prior humanas leges et iura notauit,
 Vomere quae duro, quae longi pondere aratri
 355 Sollicitauit humum, quae fetus edere sulcis
 Tellurem docuit, quae caedens partibus aethram
 Prodidit obliquo solem decurrere caelo.

336 incidit v incⁱ(e)dit A (incedit O) | flexibus | flexilis Schrader
 337 in] del. Schrader | Siris] Syrus O | Sienen Vadianus : siene v
 Si(ó)ne A 338 Caerulus v Cerulus A | adulat] alludat O 339 claro v
 clarum A (O) | Nilum A nilum v 340 Egyptum A Egyptum v 341 Fe-
 cundat : Fecūdat A Fecundat v | illinc Hudson : illic 342 borean :
 boream amfractibus : anfractibus 343 ferus A serus v 344 quāquam v
 quanq̄ A 345 totis v t is A 346 enim Higtius : et | uitam Werns-
 dorf : ulnam v vluan A 347 fouet Cuspinianus : foliet v (O) ferat A |
 inuecto] inuicto O 348 Telluri reparat v Tellus irreparat A | pel-
 lit v pellet A 349 ab v a A at Schrader 350 libyam A libram v
 351 confinia A confinio v 352 Nec] Hæc O | axibus Wernsdorf :
 actibus 353 humanas v humanis A 354 quæ longi pondere v
 longi fodereq̄ A 355 Sollicitauit A Sollicitauit v | fetus : (fætus) O
 foet' A secus v 356 quæ A q̄ v | caedens Higtius : cedens 357 de-
 currere cælo v pcedere cælo decurrere cælo A

- Istius ergo tibi formam regionis et oras
 Expediam uersu. blandus praetenditur aer,
 360 Prodigus herbarum caespes iacet, aspera nusquam
 Culmina consurgunt, portus cauat ora frequentis,
 Quidquid terra dehinc redeuntis sufficit anni
 Tempore, prae cunctis stupeas specieque modoque.
 Trina loco frons est, sed laxior axe Bootis,
 365 Luce sub eoa constrictior, usque Syenen
 Tenditur, unde pii uoluuntur flumina Nili.
 Hic urbs est Thebae, Thebae quae moenibus altis
 Praeciuxere larem: Memnon ubi Tithoneus
 Suspectat roseas Aurorae matris habenas.
 370 Pars quae coean<eo> discedit ab aequore, septem
 Oppida sustentat: notiam pars uergit in oram,
 Et modus est olli Serbonidis alta paludis;
 Altera pulsatur genitalibus ore fauoni.
 Hic urbem posuit Pellaeae dextera gentis;
 375 Hic inter celsas late surgentia nubes
 Tempa Sinopaei Iouis adstant nixa columnis,
 Diuite saxorum circumuestita metallo,
 Auro fulta graui, niueo radiantia dente.
 Nec minus hic speculae uertex subducitur, ex quo
 380 Cernere sit longe Pallenidis intima terrae.

358 oras *Schrader*: orae 359 Expediam *A* Expediat *v* | praetenditur *v* | p̄tendi *A* 360 herbarum caespes *v* herbarū caepes *A*
 361 frequentis] frequenter *O* 362 Quidqd *A* Quicquid *v* 363 specie *A* (*O*) species *v* 364 Trina *v* Trince *A* | loco *Cuspinianus*: loca |
 laxior *Wernsdorf*: latior 365 Luce *v* Tuce *A* | constrictior *A* constructior *v* | Syenen *A* sienē *v* 366 Tenditur unde pii *v* Pandit
 vndosi *A* 367 thebæ thæbe *v* Thebe Thebe *A* 368 t̄ithoneus *A* tithonæus *v* 370 quæ *ed. Matrit.*: que | cyaneo *Heinsius*: coeū *A*
 coean *v* | ab *v* vb *A* | septem *v* sestem *A* 371 notiam *Withof*: noti *v* notis *A* 372 Et *v* Et *A* | alta] aqua *O* 373 pulsatur *v* pres clvtus *A*
 374 pellææ *v* pelleç *A* 375 celsas *v* densas *A* 376 Sinopaei *Cumers*: Synopei *A* (*O*) sinope *v* | adstant *O*: astant *A* adstabant *v*
 378 Auro *Cuspinianus*: Aure *v* Duro *A* | radiantia *A* radientia *v*
 380 pallenidis *Cuspinianus*: pollenidis *v* pellendis *A*

At qua surgenti terrae pars conscia Phoebō est,
 Aggere murorum Pelusia moenia surgunt.
 Gens hic docta sali tumido freta gurgite curr̄it,
 Inque procellosos lembum conuertere fluctus

385 Ludum habet, et rauca uita<m> producit in unda.

Talis forma iacet Libyae, talique recessu
 Ab zephyro eoum tellus incumbit in axem.
 Istius extenti sola caespitis undique sulcant
 Gentes innumerae, quae sparsae lit[t]ore longo

390 Oceani australis uada late caerulea tangunt;

Et quae multimodi<s> media tellure agitantēs
 Arua domant, et quae Tritonidis alta paludis
 Vt circumfuso populorum examine cingunt.

Nunc tibi et Europae fabor latus: haec, ubi terras

395 Intrat Atlant<e>i uis aequoris, accipit ortum.

Vnus utramque sali fluxus secat, et procul unum
 Distinet os ambas: eadem insinuatio ponti
 Europam et Libyam rapido disterminat aestu.

Sed prior illa tamen tepido perfunditur austro,

400 Haec subit insanos tergum curuata aquilones.

Ambae Asiam rursus simili sub limite tangunt:
 Aequus utrimque modus protenditur: at simul ambas
 Si conferre sibi quisquam uelit, una parumper
 Vt credatur humus, medique interflua ponti

381 phoebo A phœbe v 382 pelusia v pellusia A 383 curr̄it
 Pithou; currunt v (O), om A 385 Ludum habet v Tu dum labet
 l abet A | uitam *Cuspinianus*: uita v uicta A 386 libyæ v ... cubi A
 387 eoum v eoo A | axem v axe A 388 caespitis v cespitis A
 389 quæ v q̄ A | litore; littore 390 caerulea v cerula A 391 multi-
 modis *Wernsdorf*: multimodi 392 quæ v qua A 393 cingunt A
 tingunt v 395 Intrat A (O) Intran̄t v | atlantei *Cuspinianus*: ath-
 lanti v alaitas A | æquoris v q̄q̄ coris A 396 utrâq̄ v utraq̄ A |
 sali A salis v | unum v õnum A 397 Distinet v Sustinet A 398 li-
 byam A libya v 399 Sed v Hęc A | austro v astro A 402 Aequus v
 Squas A | utrimque: utrinḡ | at A ut v | ambas v am A 403 Si v
 Vi A

- 405 Subtrahat; extemplo, quali nux pinea forma est,
 Singula uersanti talis succedet imago
 Europae et Libyae: sic nam latus explicat ambas,
 Vnum et utri[n]que caput, similis quoque finis utrique
 Sed tamen Hesperii qua spectant aequoris undam,
 410 Ambae producto coeunt sibi caespite terrae;
 Qua matutini<s> sol istas ignibus adflat,
 Latior ambabus species distenditur. unum
 Hoc agili sub mente tenens, uelut obuia habebis
 Cetera terrarum. tellus Europa columnis
 415 Proxima magnanimos alit aequo caespite Hiberos.
 Hi super Oceani borealis frigida tangunt
 Aequora, et excursu diffusi latius agri
 Arua tenent, duris nimium uicina Britannis;
 Flauaque caesariem Germania porrigit ora<m>,
 420 Dumosa Hercyniae peragrans confinia siluae.
 Inde Pyrenaei turgescunt dorsa niualis,
 Gallorumque truces populi per inhospita terrae
 Vitam agitant: tum caeruleum Padus euomit antro
 Flumen, et extento patulos premit aequore campos.
 425 Hic prius Heridani propter nemorosa fluenta
 Fleuerunt liquidae lapsum Phaet<h>onta sorores,

405 quali nux pinea *v* qualix nus phinea *A* | est *v*, om *A*
 406 succedet *A* succedat *v* 407 libyę *A* libya *v* | sic nam *v* signa
 in *A* | ambas *v*, om *A* 408 utrique *Cumers*: utrinq; *v* utrunq; *A* |
 utriq; *A* utrunq; *v* 410 Ambę *A* Ambe *v* | caespite *v* cespite *A* |
 terrę *A* terre *v* 411 Qua *A* Quas *v* | matutinis *Heinsius*: matutini *A*
 matutinus *v* | sol istas ignibus adflat *v* solis y fluctibus afflat *A*
 412 agili *v* *A* corr. agilis *A* pr. | mente tenens *A* (*O* corr.) mento teneas
v (*O*) | obuia habebis *v* o bñiccha *A* 414 Cetera *Vadianus*: Caetera
 415 Proxima magnanimos *v* Proxima magnanimis *A* | aequo caespite
 hiberos *v* equor cespite hiberis *A* 417 Aequora *v* Equor *A*
 418 tenent *O*: tenet 419 oram *Schrader*: ora 420 Hercyniae:
 herciniae | siluę *v* syluę *A* 422 terrę *A* terre *v* 423 agitant
 tum caeruleum *v* agi tantum ceruleū *A* | antro *A* antrum *v* (*O*)
 425 heridani *v* Eridani *A* 426 Fleuerunt *v* Fleuer A | Phaethōta
Pithou: phaetonta *A* phatontha *v*

Mutataeque manus planxerunt pectora ramis.

Nec procul hinc rigidis insurgunt rupibus Alpes,
Nascentemque diem celso iuga uertice cernunt.

430 Porro inter cautes et saxa sonantia Rhenus,

Vertice qua nubes nebulosus fulcit Adulas,
Vrget aquas, glaucoque rapax rotat agmine molem
Gurgitis, Oceani donec borealis in undas
Effluat, et celeri perrumpat marmora fluctu.

435 Quin et Danubium produnt secreta repente

Barbara, sed discors tamen est natura fluento.
Abnoba mons Histro pater est: cadit Abnobae hiatu
Flumen; in eos autem conuertitur axes,
Euxinoque salo prouoluitur; ora per aequor

440 Quinque uomunt amnem, qua[m] se procul insula Peuce

Exerit: hunc rigidi qua spirant flabra aquilonis,
Sarmata, Germani, Geta, Basternaeque feroces,
Dacorumque tenent populi, tenet acer Halanus,
Incola Taurisci Scythia lit[t]oris; indeque rursum

445 Dira Melanchlaeni gens circumfusa uagatur.

Proxima Neurorum regio est, celeresque Geloni,
Praeinctique sagis semper pictis Agathyrsi.
Inde Borysthenii uis sese fluminis effert
Euxinum in pelagus: tunc aequora Panticapaei

427 Mutatae v Mutat e A u. 429 om A 430 Porro A Porrho v |
Rhenus v rhemis v 431 adulas O: at ulla v at illic A u. 432 om A
433 undas v Vndis A 434 marmora fluctu v mermora A
437 Abnoba v Abnona A | histro v Istro A | abnobae hiatu v
obnōbe A 438 autem A aut v | conuertitur v committit A
440 qua *Cuspinianus*: quam v qua m A | insula peuce *Cuspinia-*
nus: insola teuce v in A 441 aquilonis v bo A 442 Geta] *Getae* O | *Basternae* A *lia sternae* v 443 Dacorum v *Iacoꝝ* A |
halanus v *Alanus* A 444 taurisci A tauristi v | litoris: *littoris*
445 *Melanchleni* O: *melanchaeni* v *melandieni* A | *circum-*
fusa v *circunfusa* A 446 *neurornm* *Cuspinianus*: *neruorum*
447 *agathyrsi* v *Agatyrsi* A 448 *borysthenii* *Cuspinianus*: *bori-*
sthenii 449 *Euxinū* A *Eximū* v | *panti capaei* v *canti capēr* A

- 450 Ardescique <t>ibi celso de uertice surgunt
 Riphæi montis, ubi dura saepe sub arcto
 Densa pruinosos eructant nubila nimbos.
 Hic dites uenae niueum gignunt crystallum,
 Adque hic indomito tellus adamante rigescit
- 455 Inter Riphæos et proceros Agathyrsos.
 Haec gentes Histrum, qua se plaga dura Bootis
 Porrigit, incumbunt: medii de parte diei
 Per dumosorum reptantes dorsa iugorum
 Gerrhae habitant. Gerrhas attingunt oppida late
- 460 Norica, et inmodicae rursum sola pinguis glæbae
 Pannonia exercet. borean subit altior agro
 Moes[s]us, et extento post tergum caespite T<h>racas
 Plurimus excedit: tunc ipsi maxima Thraces
 Vomere sollicitant curuo loca: denique longo
- 465 Qua porrecta iacet spatio piscosa Propontis,
 Et qua praecipiti fluctu furit Hellespontus,
 Aegaeumque dehinc procul in mare, plurima Thraces
 Arua tenent: hic mellifluis Pallena sub antris
 Lychnitis rutilae flammæ alit: hic et iaspis

450 Ardesci v Ardisci A | tibi Hudson : ibi v iti A itidem
 uel citi Schrader | celso A cæso v 451 Riphæi Pithou : Riphei v
 Rhiphei A | montis ubi Hudson : montes ibi 452 nimbos
 Pithou : nimbos 453 dites v dicies A¹ decies A² | crystallum v
 chrystallum A 454 Adque : Ad quæ v Atq; A | adamante v iadmea A
 455 Riphæos Pithou : ripheos v rhipheos A 456 Hæc v Hæ A |
 histrum v Istrum A 457 incumbunt A incumbit v 459 Gerrhæ v
 Gergæ A | gerrhas v Gergas A 460 inmodicæ A in modice v | sola
 Heinsius : loca | glæbæ Cuspinianus : glebæ 461 Pannonia v Pan-
 nonice A 462 Moesus Pithou : Mœssus A Mœssus v | et A pr. :
 om v A corr. | tergum v certū A | cæspite v cespite A | Thracas
 Vadianus : tragas v et agris A 465 porrecta v proiecta A | spatio A
 spacio v 466 qua A se v | hellespontus v hellesponti A
 467 Aegæumq; Cuspinianus : Egeumq; A Aegæum v 468 hic A
 his v | mellifluis v melliflui A | antris v antis A. 469 Lychnitis :
 Lichnitis | flammæ v flama s A | iaspis v haspis A

- 470 Fulua micat stellis, quantum conuexa per aethrae
 Ignea perpetuis ardescunt sidera flammis.
 Hic rursum occiduis Europam fabor ab oris.
 Haec tamquam speculis adsurgens plurima trinis,
 Spectat Achæmeniae lucis iubar: unus Hiberos
 475 Limes habet, limes tenet alter denique Graios,
 Ausoniae medius protendit latius arua.
 Oceani uicina salo qua glæba recumbit,
 Oceani Hesperii, tumet illic ardua Calpe;
 Hic Hispani ager, tellus ibi diues Hiberum:
 480 Tartesusque super sustollitur: indeque Censi
 Gens agit, in rupis uestigia Pyrenæae
 Protendens populos: medio se limite glæba
 Ausonis effundit; mediam secat Appenninus
 Ausoniam: nam qua boreali uertice ad aethram
 485 Concresecunt Alpes, surgit caput Appennino;
 Et qua Sicani tellus madet æquoris aestu,
 Vt protelatae molis iuga gurgite condit.
 Huic circa multae sola sulcant proxima gentes;
 Et tamen has omnes solers tibi musa loquetur.
 490 Prima uetustorum gens est ibi Tyrrhenorum:
 Inde Pelasga manus, Cyllenae <e> finibus olim

470 micat]A nunc at v | æthrae v çthra A 471 sidera flammis v
 sydera flammis A 472 Hic] Nunc Schrader 473 Hæc tâquam v
 Hæc tanq̄ A | adsurgens v assurgens A | trinis A tinis v 474 Achæ-
 meniae: achemeniae | hiberos v hiberis A 477 salo v solo A |
 glæba Higtius: glauca 478 hesperii tum & illic v hespidum et
 illi A 479 Hic v H(is)c A 480 Tartesus v Tarthesus A | censi A (O)
 censi v 481 Pyrenæae: pyreneae 482 medio se limite Vadianus:
 medios e limite v A | glæba v gleba A (O)
 483 Appēninus A apenninus v 484 ad Cuspianus: ab v in A
 485 Concresecunt v Congressurę A | Appēnino A apennino v 486 Si-
 canii Cuspianus: si cum A si cāni v | madet v madet A
 487 protelatae molis v protelate A | condit v cedit A
 488 Huic Wernsdorf: Huc | multae sola sulcant v multam
 A 489 solers v sollers A 490 ibi] tibi Cuspianus
 491 pelasga A pelasgam v | cyllenae v cyllene A | <e> Schrader

Quae petit Hesperii freta gurgitis, arua retentat
 Itala: tum multa tenduntur parte Latini,
 Per quos flauentis Tybris pater explicat undas,
 495 Romanosque lares lapsu praelambit alumno.
 Hi<n>c Campanus ager glaebam iacit: hic freta quondam
 Parthenopen blando labentem in marmora ponti
 Suscepere sinu: tepidum si rursus in austrum
 Conuertare oculos, nemorosi maxima cernes
 500 Culmina Piceni: coma largi palmitis illic
 Tenditur, ac fuso Bacchus tegit arua flagello.
 Tunc Lucanorum regio insurgentibus alte
 Cautibus horrescit: <s>crupus sola creber iniqua
 Asperat, et denso caecantur stipite siluae.
 505 **Britius** hinc dumos acer colit inter, et arces
 Obsidet infidas, donec Sicana fluenta
 Intendant pelagus, displosisque aequora terris
 Instabile inclinent semper mare, qua uel eois
 Hadrias unda uadis largam procul expuit algam,
 510 Vel qua Tyrrheni praeceps inuoluitur aestus.
Ad zephyri hinc rupes dorsum tumet, inque Bootis
 Plaustra patens albo consurgit uertice saxum.
 Huc se prisca Locri gens intulit, et sale longo
 Eminus inuecti, qua pontum gurgite rumpit

492 petit v pete A 493 multa A multæ v 494 flauentis] fluentes O | tybris pater v A | undas v unda A
 495 Romanos *Cuspinianus* : Romanus | prælambit A prelambit v
 496 Hinc *Schrader* : Hic | glæbam v glebam A 497 Parthenopen A Partenopen v
 499 oculos *Schrader* : oculis | maxima v ma A
 500 Culmina v Culmine A | Piceni O : picani 502 Tunc] Tum *Wernsdorf*
 503 scrupus *Cuspinianus* : crupus v rursus A 504 siluæ v syluæ A
 505 Brutius *Cuspinianus* : Vricius v A | hinc A hic v | dumos acer *Cuspinianus* : dumosa sacer A humo sacer v (O) 508 Instabile v Insta A | inclinent v A | eois v eri A
 511 At zephyri *Schrader* : Ab zephyro 512 consurgit v est consurgit A | saxum v saxa A 513 Huc A Hunc v 514 gurgite v uertice A

- 515 Flumen Alex, Graiae rexerunt linthea cumbae.
 Hinc Metapontini discurrunt latius aruo:
 Inde Croton priscis attollit moenia muris:
 Aesarus hic amnis salsa conuertitur unda,
 Et Iunone calent hic arae praesule semper.
- 520 Ne<c> minus exciti post flumina dira tonantis
 Infortunatae Sybaris uicina ruina[e] est;
 Samnitaeque truces habitant confinia: post hos
 Gens Marsum quondam tenuit loca: tumque Tarentum
 Surgit, Amyclaei suboles praedura tyranni.
- 525 Hinc iacet in patulos proiecta Calabria campos,
 Et super arenti tenduntur Iapyges agro.
 Huc se praecipiti cogit ferus Hadria ponto.
 Hic Aquileia decens celsis caput inserit astris:
 Tergestumque dehinc curui salis incubat oram,
- 530 Extimus Ionii qua se sinus aequoris abdit.
 Tot populi Ausoniam circumdant moenibus altis,
 Italiam cingunt tot diti caespite gentes.
 In iubar eoum rursum se [qua] peruia flectunt
 Aequora, et Assyrium suspectant eminus axem
- 535 Ionii freta glauca sali, primosque Liburnos
 Praestringunt pelago; gens Hylli plurima rursum

515 Alex *Pithou*: alix v . . . A | rexerunt *Vlitius*: flexerunt A
 texerunt v | cūbæ v cymbæ A 516 aruo *Schrader*: arua 517 p̄scis A
 piscis v 518 Aesarus v Esarus A | salsa v celsa A 519 Et iunone v
 It innone A | hic aræ v inacre A 520 Nec *Pithou*: Ne | exciti v
 excitis A | flumina v fulmina A 521 sybaris uicina v Sibaris
 vicina
 fortuna A | ruina *Hudson*: ruinae 522 marsum *Cuspinianus*:
 mareum | tarentum v, om A 524 amyclaei v Amyclei A | suboles:
 soboles | praedura] praecleara O | tyranni v A² tyramni A¹ 525 Hinc v
 Hic A 526 tenduntur iapyges ^{tedū⁽²⁾} // tur Iapygis A 527 Huc v
 Hac A 529 oram] ora O 530 Extimus] Intimus *Wernsdorf* 532 cae-
 spite v cespitate A 533 iubar O: uiuar v . . . iter A | peruia *Hudson*:
 (qua peruia O) caper nia v uice A 534 suspectant *Cuspi-*
nianus: supectant v suspectat A | eminus v terminus A 535 freta
 glauca v ^{loca} flecte *leuca* A 536 Praestringunt v Praestringit A | hylli v
 illi A

- Accolit: hic tenui tellus discluditur aestu.
 Illyris ora dehinc distenditur: hicque periclis
 Saepe carinarum famosa Ceraunia surgunt.
 540 Tum prorepentis qua sunt uada turgida Nerei,
 Harmoniae et Cadmi sustentat glæba sepulchrum
 Barbara: nam longo iactati saepius orbe,
 Postquam liquerunt Hismeni fluminis undam,
 Hic in caeruleos mutati membra dracones
 545 Absoluere diem, finemque dedere labori.
 Nec minus hic *aluit* monstri genus arbiter aethrae
 Edidit: adsistunt scopuli duo, cumque quid atri
 Imminet euentus, ut ulgi corda fatiget
 Sors rerum, et gentes terat inclementia fati,
 550 Et motantur humo, et coeunt sibi uertice saxa.
 Sed qua mitis item spirat notus, Oriciumque
 Pulsant flabra solum, Graiae confinia terrae
 Incipiunt aperire latus, proluxaque longis
 Iugera producunt spatiis, praecineta duobus
 555 Aequoris infusi procursibus: hanc freta quippe
 Aegaei lambunt pelagi; citus Hadria rursum
 Subluit hanc fluctu: gemino sic gurgite late
 Graia *madet* tellus, sortitaque marmora uentos

537 tenui v *tem* tenui A | aestu] Isthmo *Schrader* 538 Illyris A Illiris v 539 surgunt A surgant v 540 Tum A Tunc v | turgida] caerulea *Wernsdorf* | nereii v nere A 541 (A)arm^o(e)niæ A Harmoeniæ v | cadmi v cadmo A | glæba : gleba A læba v 542 iactati v iactanti A | orbe v orbem A 543 undam] vndas O 544 caeruleos v ceruleos A | dracones O : draconis v, om A 546 aliud *Cuspinianus* : aluit v coluit A | genus arbiter aethrae v gē orē A 547 adsistunt v assistunt A | duo cūq̄ quid atri v quacunq̄ A 548 euentus ut v et uentus uti A | corda fatiget v, om A 549 gentes *Wassenbergh* : gentem (mentem *Heinsius*) | inclementia A in dementia v 550 Et v It A 551 qua v q̄ A 553 proluxa v prolyxa A 554 praecineta A precincta v 556 citus v tus A 557 Subluit v Subruit A | late A latæ v 558 madet *Camers* : manet v incendet A | uentos *Camers* : uentus v yms A

- Quaeque suos, imo turgescunt mota profundo.
 560 Euris in Aegaeum contorquet flabra: *cadentis*
 Parte poli zephyris Hadriatica terga tumescunt.
 Insula se rursus Pelopis uisentibus offert,
 Insula quae platani folio compar sedet. Isthmi
 Quippe caput summum conducitur, artaque uergit
 565 In borean tellus, et Graios adiacet agros:
 Cetera sub folii specie distenditur arua,
 Ac per utrumque latus sinuoso saepe recedit
 Caespite: sed tepido qua tellus tunditur austro,
 Graiorum Trip<h>yliis sterili se porrigit ora.
 570 Hinc sacer Alpheus flumen trahit, et uagus aequor
 Influit Eurotas. Pisanos alter ad[s]ul[c]at,
 Alter Amyclaeas celeri secat agmine terras.
 Insula qua curuas inclinat concaua ualles,
 Arcades immensum propter degunt Erymanthum.
 575 Hic distentus aquas sata lambit pinguia Ladon.
 Iuxta Arguius ager, iuxta sunt culta Laconum:
 Illos prima dies, celer istos aspicit auster.
 Isthmi terga dehinc geminus circumlatrat aestus,
 Parte Ephyres, piceas qua nox agit atra tenebras,
 580 Et matutinus qua lucem proserit ortus.
 Hic usu Graio nomen tenet unda Saronis.
 Atticus hanc ultra limes iacet, Attica tellus

559 Quaeq; suos v Iq; suos A | turgescunt v gurges cō A
 560 eegum A aegum v | cadentis *Vadianus*: latentis 561 Parte A
 Parce v | poli v polis A 562 uisentibus A uisentibns v | offert v
 apis A 563 platani folio A plantani solio v 564 arta v arcta A
 uergit v iūgit A 565 borean: boream 566 Cetera: Caetera
 567 vtrūq; A utrunq; v 568 Caespite v Cespite A | tunditur A ten-
 ditur v 569 Graiorum A Glaiorum v | Triphyliis *Camers*: (Tripylis O)
 tripoli | ora v orq; A 570 aequor v errat A 571 eurotas pisanos v
 eurotam spissa nos A | adulat *Barth*: adsulcat v âssultat A
 572 Amyclaeas *Pithou*: Amycleas A amyclete v | celeri v eleri A
 575 aquas v aqua A | pinguia A pingula v 576 arguius A argius v
 577 aspicit auster v aspicit c âistor A 578 Isthmi A Istthmi v
 580 proserit] proferit O 581 vsu *Pithou*: risu (ritu O)

- Belligeratorum genetrix memoranda uirorum.
 Fertilis haec herbis Il[li]s<um> subuehit amnem:
 585 Il[li]ssi borea<um> stagno tulit Orithyiam.
 Boe<um>tumque dehinc sese confinia iungunt,
 Et Locris, et patuli sulcator Thessalus agri,
 Et Macetum praepingue solum; tumet arduus Hemus,
 Threiciumque caput subducitur: adiacet Hemum
 590 Partibus ab zephyri Dodonae uatis alumnum.
 Axe noti rigidas subter rupes Aracynthi
 Gens Aetola colit; campis ibi pulcher apertis
 Labitur, et uirides sulcans terras Achelous
 Inruit Hadriaci tergum maris; hicque frequentes
 595 Fluctibus attolluntur Echinades: haut procul inde
 Prisca Cephallenae consurgunt oppida terrae.
 Delphica quin etiam miscet confinia Phocis,
 Lucis in exortum protentior; inque Booten
 Thermopylae cedunt. hic se Parnasia rupes
 600 Erigit: hic celeri Cephisis uoluitur unda:
 Hic quondam P[h]yt<on> transactus arundine membra,
 Sanguinis et cassus prolixa uolumina soluit.
 Illic saepe deum conspeximus adridentem,
 Inter turicremas hic Phoebum uidimus aras.

583 Belligeratoꝝ A Celligeratorum v | genetrix : genitrix v
 generis A 584 herbis Ilissum *Vadianus* : herba sillisum A herbas
 illusum v | amnem v añ A 585 Ilissi *Vadianus* : Illis si | boreas
Cuspinianus : Borea// A borea v | Orithyiam *Pithou* : orithiam A ory-
 thyam v 586 Boeotum *Cuspinianus* : Boetium 587 locris v lucris A |
 patuli A patulis v 588 macetum v Macedum A | praepingue A
 praepingue v | hemus v, om A 590 dodonae uatis v Dodone uatēs A
 591 noti rigidas A notridas v (Noti idas O) | aracynthi A aracinthi v
 592 Aetola *Pithou* : aetola v qthola A 593 terras A tarras v | achelous
Cuspinianus : acti[†] A achelus v 594 Inruit v Irruit A 595 echinades
Cuspinianus : echinnades A haec inades v 596 Cephallenae] Cephal-
 leniae O 599 Thermopylae v Thermo philae v 600 celeri v
 celōri A | uoluit A euoluitur v 601 Python *Pithou* : phyton |
 transactus harundine membra v . . . tractus arūdine A 602 cas-
 sus] quassus O | prolixa v polyxa A 603 adridentem v arridentem A
 604 turicremas A thuricremas v

- 605 Nunc ut quaeque uago surrexerit insula ponto,
 Ordine quo steterint pelago circumflua saxa,
 Expediam. cumbae ducatur cursus ab unda
 Gurgitis occidui: precor, aspirate, camenae,
 Inter et oppositas intendite lintea terras.
- 610 Gadir prima fretum solida supereminet arce,
 Attollitque caput geminis inserta columnis.
 Haec Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco,
 Tartesumque dehinc Tyrii dixere coloni,
 Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat:
- 615 Poenus quippe locum Gadir uocat undique saeptum
 Aggere praeducto. Tyrii per inhospita late
 Aequora prouecti, tenere ut caespitis oram,
 Constituere domus; dant hi quoque maxima templa
 Amphitryoniadae, numenque uerentur alumnū.
- 620 Insula se propter Gymnesia tollit ab alto,
 Ac dilecta uago pecori consurgit Ebusus,
 Sardiniaeque arces, et inhorrens Corsica siluis:
 Aeolidesque dehinc tumidis se fluctibus edunt
 Insulae, et inserto canescunt undique ponto.
- 625 Has dudum tenuit rex Aeolus: Aeolus illic
 Hospita iactatis indulsit lit[t]ora nautis,

605 uago *A* uagos *v* 606 pelago *v* pelagi *A* | circūflua *A*
 circumflua *v* 607 cumbae: cube *A* cymbe *v* 609 lintea *O*: linea
 610 Gadir *v* Gaddir *A* | arce *v* unda *A* 611 Attollit *A* Attolit *v*
 612 cotinussa *Cuspinianus*: cotynussa *A* continussa *v* | nomine *A*
 nomie *v* | prisco *v* prisco *A* 613 Tartesum: Tarthesum *A* Tartas-
 sum *v* | dehinc *v* hinc *A* 614 gades hanc *v* gaddes hanc *A* (Gadiram *O*) |
 frequentat *v*, *om* *A* 615 gadir *v* Gaddir *A* | uocat *A* uocant *v* |
 saeptum *v*, *om* *A* 616 praeducto *v* pducto *A* (producto *O*) | tyrij *A*
 tirii *v* | late *v* tale *A* 617 caespitis *v* cespitis *A* 618 domus *v*
 domū *A* (domos *O*) | dant hi *v* . . . nthij *A* | templa *v*, *om* *A*
 619 Amphitryoniadae *Pithou*: Amphitroniadae *A* Amphytrioniade *v*
 uerentur *v* verenter *A* 620 se *v* sed *A* 621 pecori *v* . . ri *A* |
 ebusus *v* ebustus *A* 622 Sardiniaeque arces *v* Sardinieque parens *A* |
 siluis *v* syluis *A* 623 se *v* que *A* 625 aolus aolus *v* eius iedus *A*
 626 iactatis indulsit littora nautis *v* iac indulxit *A*

- Aeolus imperio summi Iouis arbiter alto
 Impositus pelago est, effundere carcere uentos
 Et sedare salum. septem sese aequoris aestu
 630 Emergunt arces: <celsam rex Aeolus aulam>
 Hic habuit. tunc Ausoniam se pandit in oram
 Tellus Trinacria et patulo distenditur agro.
 Haec autem trinis laterum procursibus adstat,
 Ternaque caeruleis longe iuga porrigit undis.
 635 In matutinos Pachynos producitur ortus:
 Pars tepet ab zephyro Lilybeia: celsa Peloris
 Tota sereniferae pulsatur flatibus ursae.
 Hic i[n]ter infidum pelagi, miserandaque fata
 Inuolnere salo fluctuque hausere uoraci
 640 Saepe ratis. [s]urgent angustae marmora fauces,
 Ar[c]taque praecipitant properum confinia pontum.
 Qua se parte dehinc celsae notus erigit aethrae,
 Vis late Libyci furit aequoris. una ibi Syrtis;
 Ast aliam ulterius freta prolabantia tendant,
 645 Paruaque caeruleo circumsonat aequore Meninx.
 Rursus in Hadriacam lembum cogentibus undam,
 Et laenum curua pelagus sulcantibus alno,
 Insula se Grai Diomedis gurgite promit,
 Italiam spectans et Iapygis arua coloni.
 650 Huc illum motae quondam tulit ira Diones,

627 Eolus *A* Eolus *v* 628 effundere *v* infundere *A* et fundere .
Schrader | carcere uentos *v* calo uentus *A* 629 sedare *A* sedere *v* |
 septem sese *v* septenis *A* *u.* 630 *om A* 630 celsam rex Aeolus
 aulam *Wernsdorf*: sese aequoris estu *v* 632 trinacria *v* trinacriq̄ *A* |
 agro *v* atro *A* 633 adstat *v* astat *A* 634 Terna] Trina *Schrader* |
 caeruleis *v* ceruleis *A* 635 pachynos *v* pachinus *A* 636 tepet *a v*
 tenet ab *A* | lilybeia *v* lilibeia *A* 637 flatibus *v* fluctibus *A*
 638 iter *Cuspinianus*: inter | infidum *v* fidum *A* 640 Saepe *v*
 Sepe *A* | urgent *Oertel*: surgent (surgunt *O*) | angustae *v* augustae *A* |
 fauces] faucis *O* 641 Artaque: Arctaq̄ *A* Arctam *v* (Arcta *O*)
 642 celsae notus *v* motus *A* 645 caeruleo *Cuspinianus*: ceruleo |
 Meninx *O*: nyssa *A* mixam *v* 648 Grai: gra. *A* graii *v* 649 Iapygis
A Iapigis *v*

Postquam per celeres extorrem traxit Hiberos:
Coniugis huc dirae misit furor Aegialiae.

- Ionii siquis rate rursum caerulea currat
Aequora, et eos *cū*bam producat in ortus,
655 Absyrti cautes et crebras protinus arces
Inueniet. Colchos huc quondam cura fidesque
Extulit, insanam sectantes <Ae>etinen[t].
Nec procul Ionii per terga Libyrnides adstant:
Inque notum post *dī*ra Ceraunia carbasa siquis
660 Torqueat, et tepidos lembum declinet in axes,
Ambraciota[u]rum succedent protinus arces,
Alcinoique domus pandetur Cercyra rursum,
Cercyra compta solum, locupletī Cercyra sulco.
Hanc super est tellus, [p]Ithaci uetus aula tyranni,
665 Exulis et toto raptati saepe profundo.
Plurima praeterea consurgunt gurgite saxa,
Quae protentus aquas Achelous pulcher oberrat;
Amnisusque dehinc alias circumfluit unda[s],
Quae tamen in borean uergunt magis; *Aegila* parua
670 Et procera caput turgescunt pulchra Cythera;
Eminet hic etiam saxosa Calauria iuxta;
Carpat<h>us hic rupes attollitur: haec tamen axem
Respicit occiduum. nutrix hic Creta tonantis,

652 dirę A dire v | aegialię v egyptię A 653 caerulea v cerula A |
currat] verrat O 654 cūbam : cymbam 656 Inueniet A In-
uenient v | quondam v quosdam A 657 etinen Cuspinianus : et
inent 658 Nec A Ne v | libyrnides adstant v libyrnides astant A
659 dirā Camers : dura 660 tepidos A tipido v | in v ad A
661 Ambraciotarum Pithou : Ambracio taurum | succedent Vadianus :
succedunt | arces A artes v 662 Alcinoiq̄ domus A Alcinoiq̄
demus v 664 ithaci uetus Cuspinianus : pithaci uetus v
..... A | aula v la A 665 raptati v rapati A 667 Quae v
Q. A 668 Amnisusque Pithou : Amnis usq̄ | circumfluit A circum-
fluit v | unda Hudson : undas 669 borean : boream | uergūt
magis A uergant magus v | Egila Vadianus : equila A acquila v |
parua v s arua A 670 turgescunt] turgescit O 671 saxosa v sax
saxosa A 672 Carpathus Cuspinianus : Carpatus A Carphatus v

- Multa latus, glæbamque ferax et opima uirentum
 675 Erigitur pelago. Cretam super adstitit Ida,
 Ida procellosis agitans aquilonibus ornos.
 Nec procul Aegyptum Rhodus adiacet, adiacet ora<m>
 Suniados, qua se protendit caespes Abantum,
 Fertilis Aeginae tellus, et opima Salamis.
 680 Lucis ab exortu, Pamphylia qua cauat aestum
 Prolabentis aquae, Cyprus alta cingitur unda,
 Adque Dionaei pulsatur lit[t]oris acta.
 Inde Chelidoniae tris sese gurgite tollunt,
 Qua frons tenta salo Patareidis eminet arcis.
 685 Laeta dehinc Aradus Phoenicum praeiacet oram,
 Multus ubi exesae sinus est telluris ab alto,
 Ac latus omne soli procul in dispendia cedit
 Lit[t]oris, et curuo praelambitur ora fluento.
 Mirus at ille dehinc Aegaei gurgis habetur,
 690 Qui gemina de parte sali uelut ordine fis<s>o
 Saxa mari profert circumflua, tenuia sese
 Quo freta praecipitant Athamantidis inclyta leto:
 Sestus ubi atque Abydus paruo sale discernuntur,
 Et uicina sibi lambit confinia pontus.
 695 Pars procul Europae laeuum latus, altera porro

674 latus glæbam *v* latas flageba. cum *A* | uirentum *v* ius *A*
 675 adstitit *v* astitit *A* 676 procellosis *v* pcelosis *A* | agitans] agitata *Schrader* 677 oram *Heinsius* : ora 678 Suniados *Cuspinianus* : Suniades | protendit *Heinsius* : praetendit | caespes *v* cespes *A* 679 aeginae *v* egypte *A* 680 Pamphylia *Pithou* : pamphylia | cauat aestum *v*, om *A* 681 Prolabentis] Praelabentis *Schrader* | cyprus *A* cipro *v* | cingitur] tingitur *Schrader* 682 Adque : Adque *v* Atq; *A* | dionaei *v* Dionei *A* | litoris : littoris 683 tris *A* cris *v* (*O*) 684 Qua *A* Quas *v* | arcis *v* asis *A* 685 praeiacet *A* praeiacet *v* (periacet *O*) 688 Litoris : Littoris | praelambitur ora *v* praelambit ore *A* 689 at *Schrader* : et | egei *A* aegaei *v* 690 fisco *Vadianus* : uiso 691 tenuia *v* et iuia *A* 692 Quo *Schrader* : Qua | athamantidis *v* et amantis *idis* *A* | leto *A* leto *v* 693 Sestus *v* Sextus *A* | Abydus *A* abdidus *v* 695 leuū *A* leuum *v* | porro *A* porrho *v*

Ditem Asiam spectat: *cunctae* tamen ordine facto
Insulae in arct<0>i procedunt plaustra Bootis.

Europam incumbit prolixus limes *Abantum*.

Scyrus ibi late dorsum tumet, ac Peparethum

700 Protollit pelagus. iuxta Vulcania Lemnos

Erigitur, Cererique Thasus dilecta profundo

Proserit albenti se uertice: prominet Imbrus,

Thressaque consurgit propter *Samus*: indeque rursum

Cyclades accedunt Asiam, Delumque coronant.

705 Omnes fatidico curant sollemnia Phoebo.

Nam cum uere nouo tellus se dura relaxat,

Culminibusque cauis blandum strepit ales hirundo,

Gens deuota *choros* agit, *grati*[tu]que sacro

Ludunt festa die, uisit sacra numen alumnus.

710 Hinc Sporades crebro producunt caespite sese,

Densa serenato ceu splendent sidera caelo.

Nec minus attolluntur Ionides insulae ab alto.

Hic iuxta Caunus, Samus hic Saturnia iuxta,

Tumque Chius patulae prospectans arua Pelinae.

715 Lesbus item et Tenedus per aperti marmora ponti

Expediunt arces, et culmina nubibus indunt.

Hinc se piscosi pandit sinus Hellesponti.

696 *cunctae Pithou* : cuncte | facto *v* facta *A* 697 arctoi
Cuspinianus : arcti *v* arctis *A* 698 prolixus *v* prolyxus *A* | abantum
Cuspinianus : amantum 699 Scyrus *A* Scirus *v* | peparethum
Cuspinianus : cepere paratum *v* cepâr etum *A* 700 Protollit]
Attollit *O* | pelagus *v* pellagus *A* | Lemnos *A* lemnus *v* 701 Cereri]
celeri *O* 702 Imbrus *A* umbrus *v* 703 Thressaq̄ *v* Tres q̄q̄ *A* |
samos *Cuspinianus* : thasus 705 curant *v* circū *A* | sollemnia *A*
solemnia *v* 707 strepit ales hirundo *v* repit *A* 708 choros
Cuspinianus : chorus | agit *v* cogit *A* | grati *Schrader* : cratitu *v*
..... *A* 709 uisit sacra numen alumnus *v* tia
numen *A* 710 crebro *v* *A* | caespite sese *v*, om *A*
711 serenato ceu *O* : serena toccus *v* sere : *A* |
splendent *A* splendentia *v* | sidera caelo : sydera caelo *v*, om *A*
712 attolluntur *v* attollunt *A* | insulae *v* ingule *A* 714 Chius]
Chios *O* | patule *A* patule *v* 717 Hinc *v* Hic *A*

- Hic salis arctoi spumas uomit impiger aestus,
 Hic protenta quatit late freta glauca Propontis.
- 720 Siquis laeua dehinc Euxini marmora sulcet,
 Ora Borysthenii qua fluminis in mare uergunt,
 E regione procul spectabit culmina Leuces.
 Leuce cana iugum, Leuce sedes animarum:
 Nam post fata uirum semper uersarier illic
- 725 Insontes aiunt animas; ubi concaua uasto
 Cedit in antra sinu rupes, ubi saxa dehiscunt
 Molibus exesis, et curuo fornice pendent.
 Haec sunt dona piis: sic illos Iuppiter imis
 Exemit tenebris, Erebi sic inscia uirtus.
- 730 Rursum Cimmerius qua Bosphorus ora patescit,
 Dexterio ponto subit insula, uastaque late
 Excedit moles pelagus: sedet eminus ingens
 Phaenagore, et muros attollitur Hermonassa.
 Haec maris infusi consurgunt insulae ab alto.
- 735 Exterior quis unda dehinc, circumfluus et quis
 Aestuet Oceanus, quibus illae fatibus omnes
 Culmina pulsantur, memores date carmine musae.
 Propter Atlantei tergum salis Aethiopum gens

718 spumas *A* (spumax *O*) spumat *v* | uomit *A* uenit *v* (*O*)
 719 Hic *v* Hinc *A* | ptenta *A* potenta *v* 720 sulcet *A* (*O*) fulcet *v*
 721 Ora *A* Cra *v* | Borysthenij *Vadianus*: borystenii *v* Boristhenijs *A* |
 uergunt *v* iugit *A* 722 spectabit *O*¹: spectauit | leuces *v* leuces *A*
 723 Leuce *A* leuces *v* | cana iugum *v* cōiugium *A* 724 fata *v*
 facta *A* 725 Insontes *v* Insontesq; *A* | aiunt *Cuspinianus*: aiunt *v*
 colunt *A* 727 Molibus *A* Mollibus *v* | curuo *v* turbo *A* 728 iup-
 piter *v* Iupiter *A* 729 erebi sic *Cuspinianus*: ereby sic *v* se rebus *A* |
 uirtus *v* iustus *A* 730 Rursum *v* Rursus *A* | bosphorus *v* Bosphorus *A*
 732 Excedit *v* Et cedit *A* | eminus ingens *v* in *A* 733 Phaenagore
Pithou: Phanagore *v* (Phanagoræ *O*) Ph... *A* | Hermonassa] Her-
 moanassa *O* 734 Hæc *v* Hic *A* post *u.* 734 unius uersus interuallum
 in *A* 735 E¹Xterior *A* | queis... queis *Schrader*: quas... quas
 736 Aestnet *v*, om *A* | illæ *Pithou*: ille | fatibus *Cuspinianus*: fati-
 bus *v* fatibus *A* 737 Culmina *Hudson*: Culmine | memores
Camers: memori | carmine *A* carmina *v* 738 atlantei *A* atlantæi *v*

- Hesperides habitant; dorsum tunc hic Erythia<e>,
 740 Hicque Sacri, sic terga uocat gens ardua, montis:
 Nam protenta iugum tellus trahit: hoc caput amplae
 Proditur Europae: gen<e>trix haec ora metalli,
 Liuentis stagni uenas uomit: acer Hiberus
 Hic freta ueloci percurrit saepe phaselo.
 745 Eminus hic aliae gelidi prope flabra aquilonis
 Exuperant undas et uasta cacumina tollunt.
 Hae numero geminae, pingues sola, caespitis amplae,
 Conditur occidui qua Rhenus gurgitis unda,
 Dira Britannorum sustentant agmina terris.
 750 Hi[n]c spumosos item ponti liquor explicat aestum,
 Et breuis e pelago uertex subit: hic chorus ingens
 Feminei coetus pulchri colit orgia Bacchi:
 Producit noctem ludus sacer: aera pulsant
 Vocibus, et crebris late sola calcibus urgent.
 755 Non sic Absynt<h>i prope flumina Thracis [et] al<u>m<u>ae
 Bistonides; non, qua celeri ruit agmine Ganges,
 Indorum populi stata curant festa Lyaeo.
 Longa dehinc celeri siquis rate marmora currat,
 Inque Lycaonias cumbam procul urgeat arcto<s>.

739 hītant A habitat v | Erythae Wernsdorf; erythya v ceri-
 thia A 740 sacri O: sacre v sacre A 742 Europae Pithou:
 European A auropen en v | gen<e>trix: genitrix 743 Liuentis A
 Labentis v (O) 744 Hic Vadianus: haec | phaselo: faselo v
 phasello A 745 hic v, om A 746 Exupant A Exuprant v
 747 gemine A gemine v | pinguis Pithou: pinguis | caespitis v
 cespitis A (O) | amplae] ampla O 748 Rhenus Hudson: rheni v
 seui A 750 Hic Frieseemann: Hinc | aestum v, om A 751 uertex v
 x
 ŷtes A | chorus v et horū A 752 Feminei Vadianus: Feminei | orgia v
 orgya A 753 noctem v natē A 754 calcibus v callibus A | urgent A
 urgunt v 755 Absinthi Vadianus: absynti v absumpti A | Thracis
 alumnae Schrader: thraces et almae 756 celeri ruit agmine
 ganges v celebris nictamine grays A 757 Indorum v Lidoŋ A |
 curant v currant A 758 celeri si A celer sic v | currat v cursat A
 579 lycaonias v Lychaonia A | arctos Vadianus: arcto

- 760 Inueniet uasto surgentem uertice Thylen.
 Hic cum plaustra poli tangit Phoebius ignis,
 Nocte sub inlustri rota solis fomite flagrat
 Continuo, clarumque diem nox aemula ducit.
 Nam sol[fa] obliquo torquetur cardine mundi,
- 765 *Dir*e<c>tosque super radios uicinior axi
 Occiduo inclinatur, donec iuga rursus anhela
 Deuexo accipiat caelo notus. inde fluenta
 Tenduntur Scythici longe maris in facis ortum
 Eoae: tum coeaneis [s]jerepit ab undis
- 770 Insula, quae prisca signatur nominis usu
 Aurea, quod fuluo sol hic magis orbe rubescat.
 Contemplator item, ceu se mare <flectat> in austrum,
 Inque notum Oceanus freta ponti caerulea curuet:
 Altaque Colliadis mox hic tibi dorsa patescent
- 775 Rupis, et intenti spectabis caespitis arces.
 Pro quibus ingenti consistens mole per undas
 Insula Taprobane gignit taetros elephantos,
 Et super aestiferi torretur sidere cancri.
 Haec immensa patet, uastisque extenditur oris
- 780 Undique per pelagus: latus autem protinus olli
 Agmina cetosi pecoris, uaga moustra profundi,
 Adludunt: feruent Erythraei marmora ponti
 Tota feris: haec, ut rigidi iuga maxima montis,
 Nubibus attollunt latus omne, et terga tumescunt:

760 Inueniet *A* Innenit & *v* 762 inlustri *v* illustris *A* | rota *A*
 rata *v* 764 sol obliquo *Hudson*: sola obliqui 765 Directos *Pithou*:
 Decretos 766 inclinatur *A* inclinatur *v* | anhela *v* anhela *A* 768 facis
Pithou: fasis *v* phasis *A* (*O*) 769 Eoae, tum *Heinsius*: Eoa et cū *A*
 Eoa & ut *v* | coeaneis *v* cyaneis *A* | erepit *Heinsius*: se repit
 771 fuluo *A* fulua *v* 772 <flectat> *Vadianus* 773 ponti caerulea *v*
 pontica caerulea *A* 774 Colliadis *O*: coladis *A* calladis *v* 775 Rupis *A*
 Rurpis *v* | intenti *v* ingentis *A* | caespitis *v* cespitis *A* 777 taetros
 elephantos *v* tetros elephantas *A* 778 super | subter *O* | sydere
Pithou: sy(si-*O*)dera 779 immensa *A* immensa *v* 780 autem *A*
 aut *v* (ac *O*) | protinus olli *v* ptinet alli *A* 782 Adludunt *v*
 Alludunt *A* | Erythraei *Pithou*: Erythrei *A* erythrei *v*

- 785 Instar in his rupis spinae tenor arduus adstat,
 Molibus in celsis scrupus quoque creber inhorret.
 A! nequis rapidi subuectus gurgitis unda
 Haec in terga sali lembum contorqueat *umquam* :
 A! ne monstrigenis, hostem licet, inferat aestus
- 790 Fluctibus: inmodici late patet oris hiatus
 Quippe feris, antro panduntur guttura uasto;
 Protinus haec ipsas absorbent fauce carinas,
 Inuoluuntque simul mox monstra uoracia nautas.
 Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes,
- 795 Carmani[di]s qua se pelagi procul inuehit undas;
 Regis Erythraei tellus haec nota sepulchro
 Tenditur, et nudis iuga tantum cautibus horrent.
 Persicus hinc aestus fauces hiat: insula rursum,
 Si tamen in borean flectantur carbasa *cumbae*,
- 800 Icarus aerio consurgit uertice in auras,
 Icarus ignicomo Soli sacra; *namque* Sabaei
 Turis ibi semper uaga fumum nubila uoluunt.
 Insulae in Oceani procursibus hae tibi tantum
 Carmine sunt dignae: multas uehit undique pontus
- 805 Praeterea, paruas specie, famaue carentis.
 812 Pars Asiam, Libyam pars adiacet altera ponto,
 806 Pars uidet Europam: non has tamen aut modus orae,
 Aut interna caui commendat uena metalli.

785 spinae v pine A | adstat v astat A 786 scrupus A rupis v
 787. 789 A | Ah O 787 nequis A (O) n æquis v | subuectus O :
 subuectus 788 Hęc A Nec v | sali A salis v | umquam : unquam
 790 inmodici O : in modice v immodice A 791 feris A færis v
 792 haec] hac *Heinsius* 793 uoracia nautas A uorantia nautes v
 795 Carmanis *Schrader* : Carmanidis | undas] vnda O 796 erythrei A
 erythrei v 799 borean : boream | cumbae : cymbae 801 nam-
 que : namq̄ | sabæi v se ab⁺ei A 802 Turis : Thuris v Turris A
 803 Insule A Insule v | hæ tibi v et hb habi A | tātum A rīm v
 804 s't A run v (erunt O) | dignæ O : digenæ v digna A | pontus v
 par A 805 Praeterea paruas v Apter atq̄ curua A | carentis v
 carybdis A u. 812 hic collocat *Schrader* 812 asiam v asię A
 806 aut v hauť A | oræ v, om A 807 cōmendat A commendant v

- Harum aliae duris reserant uix lit[t]ora nautis,
 Et scaber in multis scrupus riget; undique iniquus
 Subrigitur uertex, et inhospita caespitis ora est.
- 811 Harum quis ualeat numerosa ut nomina fari?
 813 Si uelit hoc ullus, uelit idem scire quot alto
 Curuentur fluctus pelago, quot sidera caeli
 815 Educant flammas, quot robora proferat Ida,
 Quantus harenarum numerus uersetur ab euro.
- Carminē nunc Asiam formet stilus: incute doctam,
 Phoebe, chelyn! totis Helicon aspiret ab antris.
 Maxima pars orbis narrabitur; inclyta tellus
- 820 Prometur musis. terrarum summa duarum
 Vnius est limes, qua^e caespite protegit ambas.
 Vastius ast Asiae diti caput, indeque sensim
 In matutinos oram conducitur axes.
 Hic adstare procul Bacchi fert fama columnas,
- 825 Vltimus Oceani qua terras adluit aestus,
 Indica qua rupes tumet extima, quo uaga Ganges,
 Caespite dorsa trahens in Nysaeum Platamona
 Porrigitur. similis nequaquam est forma duabus,
 Nec modus est compar: secat unus denique pontus
- 830 Europam et Libyam: multus circumsonat istam

808 aliq̄ A alie v | duris O: diris | reserant uix v reserant A |
 litora: littora 809 iniquus v iniquusq̄ A 810 Subrigitur v Sur-
 rigit A | caespitis v cespitis A 811 Harum] Quarum Schrader |
 nomina fari v non minus A 813 hoc Wernsdorf: †oc A hos v
 813 sq. quot v qd A 814 sidera caeli: sydera caeli v sydera A
 815 Educant Schrader: Elucent | flammas v flamas A | quot Cuspi-
 nianus: quod | proferat v proferat A 816 uersetur Vadianus:
 uersatur v uersat A 818 chelyn v chelym A 820 duarum A du-
 rarum v 821 quae Hindson: qua | caespite: cespite 822 ast
 Camers: est | diti v dicti A | sensim v sensi A 824 adstare v
 astare A | colūnas v columnis A 825 adluit v alluit A 826 quo
 Wernsdorf: qua | ganges v ni A 827 Caespite: Cespite | Nysaeum:
 (Nyssaeū O) heliseum | platamona v (Platanona O) planta Maia A
 828 est v, om A 829 pontus v par A 830 libyam A libiam v |
 circumsonat v circumson A

- Oceanus, trinoque sinu uagus influit aestus
 Vnam Asiae molem: sinus istam Persicus *intrat*,
 Maximus hanc Arabum scindit sinus, et sinus aequor
 Inserit *Hyrceanus*: duo nigri partibus austri
 835 Curuantur, rigidam suspectat tertius arcton:
 Hic et in Euxini prorepat marmoris undam,
 Et zephyrum tergo spectat procul: adiacet ambos
 Tellus multa dehinc, et longis tenditur aruis.
 Ast Asiam incumbit uasto mons *aggere* Taurus,
 840 Interstatque iugo mediam, Pamphylia campo
 Qua iacet, incipiens, ac uerticis ardua ducit
 Indorum <in> pelagus: nunc autem subrigit idem
 Obliquas arces et flexilis aera pulsat;
 Nunc directa solo tentus uestigia figit.
 845 Mille dehinc amnes unus uomit, exerit unus
 Flumina per terras, uel qua riget ora Bootis,
 Vel qua lene notus spirat, qua perstrepat eurus,
 Et qua *deiecto* zephyrus sustollitur axe.
 Nec tamen hic uno signatur nomine ubique,
 850 Se<d> dum flectit iter, nouus emicat; utque tument
 Gens uicina subest, peregrina uocabula mutat.
 Accipe, qui populi circumdant denique Taurum.
 Maeotae primi salsam cinxere paludem.
 Obuersatur item trux Sarmata, bellica quondam
 855 Gentis Amazonidum *sūboles*: nam cum prius illae
 Egissent uasti prope flumina Thermodontis

831 trino *v* tyrio *A* 832 *intrat* *Vadianus*: *instat v, om A*
 833 & sinus *v* & furit *A* 834 *Hyrceanus* *Pithou*: *hircanus v hic*
carnus A 836 *prorepat v perrepat A* 837 *ambos v ambas A (O)*
 840 *pamphylia v pamphilia A* 841 *ac O: ad* 842 <in> *Vadianus* |
subrigit v surrigit A 845 *amnes v anmes A* | *exerit] egerit*
Schrader 848 *Et] Vel O* | *deiecto Camers*: *delecto | sustollitur A*
substollitur v 850 *Sed Vadianus*: *Se* 852 *circūdent v circumdant A*
 854 *Obuersatur v Obseruator A* 855 *amazonidum v amazoniq A* |
suboles: soboles | illæ v ille A 856 *Egissent A (O)* *Egisti v | flu-*
mina] fulmina O | Thermodontis A thermodoontis v

- Threicio de Marte satae, iunxere profectae
 Concubitus: longas exercet Sarmata siluas:
 Ex quibus elapsus Tanais procul arua pererrat
 860 Barbara, et in salsam protendit terga paludem.
 Hic Asiam Europæa disternat. arduus istum
 Caucasus eructat: Seythicos hic fusus in agros
 Inpacatorum nutrit pubem populorum.
 Huius utrumque latus quatit amplis bruma procellis,
 865 Constrictumque tenent hunc frigora. proxima rursus
 Cimmerici Sindique colunt: Cercetia gens est
 Adque Toretarum propter genus: indeque Achaei,
 Ab Xanthi ripis atque Idaeo Simoente,
 Inter chauri crepas et scruposas conuallis,
 870 Transuexere larem. iuxta gens aspera degit
 Eniochi, Zygi que <de>hinc, qui regna Pelasgum
 Linquentes, quondam tenuerunt proxima ponti.
 Impiger hos propter Colchus colit: iste feraci
 Exul ab Aegypto celsae serit aspera rupis:
 875 Caucasus Hyrcanae nimium conterminus undae <est>.
 Huius ualle procul Phasis gemit, istius antro
 Agmina prouoluit, Circaeaque lapsus in arua
 Incidit Euxinum. borealis cardine caeli
 Rursus in eoae lucis confinia tellus

857 Threicio *A* Treitio *v* 858 syluas *A* siluis *v* 861 Europa
Vadianus : europam (Europæ *O*) 863 Inpacatorum *Vadianus* : In
 pacatorum *v* Impacatorū *A* 864 utrumque *Cuspinianus* : utrumque
 (utrimque *O*) 865 hunc *v* hinc *A* | rursus | rursus *O* 866 Cimmerici
 Sindique *Pithou* : Cimerijs : Indi que *A* Cimmericus Indi que *v* (Cimmericus
 Sindique *O*) | cercetia *A* (*O*) cercetia *v* 867 Atque Toretarum *O* : Ad
 quoregetarum *v* At qua re getarū *A* 868 xanthi *v* xanti *A* | Ideo *A*
 ideo *v* 869 Inter *v* In *A* | chauri crepas et *Vadianus* : chauri cre-
 passent *v* chauri creperas et *A* (Tauri *O*) 871 Eniochi *A* (Eniochei *O*)
 In lochi *v* | Zygi *O* : peri *v* pezi *A* | dehinc *Cuspinianus* : hinc
 872 propter *v* colē propter *A* | colchus *Cuspinianus* : colchum
 874 celsae serit *v* celsa exerit *A* 875 <est> *Hudson* 876 procul
 phasis *A* profasis *v* (porro Phasis *O*) 877 circa *v* cyrcea *A*
 878 caeli *A* caeli *v*

- 880 *Inclinata iacet, gemino uicina profundo.*
Caspia nam late terram super adluit unda,
Euxinique subest tergum salis: asper Hiberus
Hic agit: hic olim Pyrenide pulsus ab ora
Caespitis eoi tenuit sola, ceu uaga saepe
- 885 *Fors rapit exactos patria: tenet aequora campi*
Gens Camaritarum, qui post certamina Bacchum,
Indica Bassaridum cum duceret agmina uictor,
Accepere casis, mensasque dedere Lyaeo:
Orgia ludentes et nebride pectora cincti
- 890 *Deduxere choros, Nysaei ludicra ritus.*
Hos super in fluctus adsurgit Caspia Tethys.
Haec dicenda mihi; nec diri gurgitis unquam
Lustrauit] pinu freta barbara, nec uagus orbem
Vndique reptauit: sed uasti flumina Gangis,
- 895 *Caucaseas arces et dumicolas Arienos*
Incentore canam Phoebo, musisque magistris
Omnia ueridico decurrens carmine pandam.
Caspia per teretes Tethys distenditur oras,
Et sinuant curuis hanc totam lit]ora terris.
- 900 *Tantum sed fuso pontus iacet iste profundo,*
Vt ter luna prius repararet facis incrementa,
Quam quis caeruleum celeri rate transeat aequor.
Gurgitis Oceanus pater est: namque iste niualis
Axe Helices infert rapidi freta concita ponti,
- 905 *Et sinus inde sibi pelagus trahit: hic uada propter*

881 Caspianam *O*: Caspinam | adluit *Hudson*: abluit 883 Pyrenide *O*: tyrrhenide 884 Caespitis: Cespitis 885 Fors *v* Forsas *A* | patria *A* prima *v* 886 Camaritarum *Vadiunus*: (Tamaritarum *O*) habaritarum *v* abaritarum *A* 889 Orgia *v* Orgya *A* 890 nysaei *v* nyssaei *A* 891 adsurgit *v* assurgit *A* 892 unquam: unquam 893 Lustrauit *Cuspinianus*: Lustrauit | orbem *v* olim orbem *A* 894 reptauit *v* reptauit *A* | sed *O*: sic | Gangis *A* gantis *v* 895 dumicolas *A* dumicula *s v* 899 Et *v* In *A* | litora: littora 902 quis caeruleum *v* uis caeruleum *A* 903 namque *v* namque *A* 905 sibi *A* tibi *v* | hic *A*, om *v*

- Caspia uersatur Scytha belliger; hicque feroces
 Degunt Albani: trux illic arua Cadusus
 Dura tenet, Mardi celeres, Hyrcani, Apyrique.
 Caespite uicino Mardus f<I>uit, et procul ipsos
 910 Accedit Bactros; attingens denique atroces
 Agmine Dercæbios, medi^{us} disternat ambos,
 Hyrcanique salis tumido conuoluitur aestu.
 Sed Bactrena solo uasto procul arua recedunt,
 Parnassique iugi tegitur gens rupibus illa:
 915 Dercæbios aliud cohibet latus et uada tangit
 Caspia: tum clari pharetris agilique sagitta
 Massagetæ rauci succedunt flumen Araxis:
 Durum ab stirpe genus, placidae mens nescia uitae,
 Ignorant flauae Cereris commercia, Bacchi
 920 Semper inexpertes animam traxere ferinam.
 His cibus et potus simul est: nam sanguen equinum
 Et lac concretum per barbara guttura sorbent.
 Nec procul ad boreanⁿ diri posuere Chorasmi
 Hospitia, et iuxta protendit Sugdias agros,
 925 Sugdias, ingenti quam flumine dissicit Oxus.
 Hic procul Hemodi[i] late ruit aggere montis,
 Et per prolixos euctus protinus agros
 Caspia propellit fluctu freta: qua patet huius
 Fluminis os, diri ripas habitant <I>a[r]xartae.

906 Scytha *A* stytha *v* 907 Cadusus *A* adusus *v* 908 mardi *v*
 Medi *A* | hyrcani *O*: hyrcania *A* hyrcanis *v* | apyriq̄ *v* apyri *A*
 (Tapyriq̄ *O*) 909 Caespite *v* Cespite *A* | fluit *Cuspinianus*: fuit
 911 dercæbios *Cuspinianus*: dorcobios | medius *Pithou*: medios |
 ambos *A* ambas *v* (*O*) 913 bactrena *Cuspinianus*: bacirena | solo
Pithou: soli 914 Parnassi *v* Parmasi *A* 915 Dercæbios *Cuspi-*
nianus: Dercobios 917 Massagetæ *A* Massagetæ *v* | rauci *Schrader*:
 glauci 919 flauq̄ *A* flabæ *v* | cōmmercia *A* commertia *v* 921 san-
 guen *O*: sanguinem 923 borean: boream | chorasmi *A* chorasim *v*
 924 Hospitia *A* Hospita *v* 925 dissicit *v* disijcit *A* 926 hemodi
Cuspinianus: hemodii (Emodij *O*) 927 prolixos *v* plyxos *A*
 928 patet *A* petit *v* 929 os diri *Vlitius*: os dīpi *A* os dibi *v*
 (*Oxi O*) | ripas] ripa *O* | iaxarte *Cuspinianus*: Arxantq̄ *A* arxante *v*

- 930 Tendere non horum quisquam certauerit arcus:
 Ambitus hos etenim multus trahit, et graue curuis
 Pondus inest taxis, longo sunt spicula ferro,
 Et rigor in neruis ueluti *bouis*. inde cruenti
 Sunt *Tocari*, Ph<r>u<r>ique truces, et inhospita Seres
- 935 Arua habitant, gregibus permixti ouiumque boumque
 Vellera per siluas Seres nemoralia carpunt.
 Vltima <E>petrimos tellus habet: et procul ista
 Cassa uirum est, nullis pecorum bal[at]atibus agri
 Persultant; herbae uiduus iacet undique caespes,
 940 Fronde care[n]t; nusquam terras intersecat amnis.
 Caspia tot late circumdant aequora gentes.

- Nunc rursus ab Colchis et glauci[s] Phasidis undis
 Occiduum ad solem populos memorate, camenae,
 Vsque in Threicii fauces maris! aspera primum
- 945 Byzeron est gens: diri sunt inde Bechires,
 Macrones, Phyliresque et pernix Durateum gens.
 Inde Tibareni, Chalybes super, arua ubi ferri
 Ditia uulnifici crepitant incudibus altis.
 Post hos *Assyriae* tenduntur iugera terrae,
 950 Armenioque iugo late surgens Thermodon
 Gentis Amazonidum lambit sata; nec minus illic

930 quisq̄ *A* quis qua *v* 931 curuis *v* currus *A* 933 ueluti
 bouis *Schrader*, ualidi bouis *Wernsdorf*: uelut obuius 934 Tho-
 cari *O*: trocari *v* Trochari *A* | Fruri *Pithou*: furi *v* Rburi *A*
 (Phurij *O*) | et *A*, om *v* 936 siluas *v* syluas *A* | nemoralia *A* memo-
 ralia *v* 937 Epetrimos *Pithou*: petrimos 938 balatibus *Pithou*:
 ballatibus 939 herbae *v* herbæ *A* | caespes *v* cespes *v* 940 caret
Vadianus: carent | nusquā *Pithou*: nunquam | terras *v* Gerras *A*
 941 circumdant *v* circundant *A* 942 ab *v* a *A* | glauci *Heinsius*:
 glaucis | phasidis *A* fasidis *v* 945 Byzeron *A* Byzerum *v* Byze-
 rorum *Hudson* | Bechires *O*: dechiri 946 Macrones *Cuspinianus*:
 (Mærones *O*) Merones *A* Mærones *v* | Phylires *O*: phyliri *v* phyliri *A* |
 pernix] pernox *Wernsdorf* 947 Tibareni *A* tibarcheni *v* | cha-
 lybes *v* calybes *A* pro *u.* 949 nil nisi *P. A* | *Assyriae*: assyrie *v*
 950 Armenioq̄ iugo *v* (G)..... *A* 951 amazonidum *v*
 am lzodū *A*

- Erigitur celsa in fastigia prisca Sinope.
 Hanc urbem quondam, magni Iouis ardor, Asopis
 Virgo, locans saeuae propter confinia terrae,
 955 *Aulam* habuit, plebemque suo de nomine dixit.
 Nec procul hinc purus latice<m> prouoluitur Iris;
 Et citus Armeniae cursum conuallibus arcis,
 Qua uastum in pelagus uergit saxosa Carambis,
 [S]urget Halys: tum Paphlagonum sata longa patescunt,
 960 Et Mariandinon gens incolit, unde triformis
 Ora canis superas quondam produxit in auras
 Alcides Erebo: propter Bithynia glaebam
 Exerit: hic late Rhebas extenditur amnis,
 Rhebas, coeanei qui dissicit aequora ponti,
 965 Rhebas, argento similem qui porrigit undam.
 Hi pontum cingunt populi. nunc illa canatur
 Ora Asiae, glaucus pelagi quam subluit aestus,
 Axe noti in fauces rapidi procul Hellesponti,
 Et freta qua spumant Aegyptia partibus austri,
 970 Vsque Arabas et longa Syrae confinia terrae.
 Dictum etenim, quantus rigidas Scythia degat ad arctos.
 Calchedon tumulus fluctu circumdatus alto
 Eminus Europam proceraque moenia *Byzae*

952 Erigit celsa *A* Erigit excelsa *v* | sinope *v* synope *A*
 953 quondam magni iouis ardor asopis *v* quam magnanimo uer-
 sare *A* 954 locans saeuae *v* loca *A* 955 *Aulam* *Pithou*: *Auiam*
 956 laticē *Cuspinianus*: latice 957 Et citus *v* Eacus *A* | Armeniē *A*
 (Armenicæ *O*) arnicæ *v* | cursum *Vadianus*: rursus 958 Qua *v*
Q *A* | uergit *Pithou*: uerget *v* uertet *A* | carambis *v* charambis *A*
 959 Vrget *Oddius*: Surgit 960 Mariandinon *A* mariandinum *v* |
 incolit *v* hic colit *A* | triformis *v* trifermis *A* 961 Ora canis *v*
 Oceanus *A* | auras *O*: oras 962 erebo *A* herebo *v* | bithynia
 glaebam *v* glebam *A* 963 Rhebas *A* bras *v* (vias *O*)
 964 cocanei: chœanei *v* cyanci *A* | dissicit *v* disijcit *A* 966 can-
 natur *Schrader*: canetur 967 quā *v* q̄ *A* 969 egypti á *A*
 egyptia *v* 970 arabas *A* arabs *v* 971 Dictum *A* (*O*) Dictus *v* |
 arctos *Cuspinianus*: arctus *v* arces *A* 972 Calchedon *v* Calcedon *A*
 973 europam *A* europem *v* | *Byzac* *Cumers*: Bizō *A* brisæ *v*

Aspiciat: ab tergo tendit Bebrycia glæbam,
 975 Celsaque nubiferae sustollit culmina rupis
 Mysos ager: Mysos tacitum diffusus in aequor
 Tergaque flauescens sulcat C[h]ius: huius ad undam
 Pulcher Hylas nymphis quondam fuit anxia cura.

Hinc in caeruleum cedit sinus Hellespontum,
 980 Explicat et Phrygia<m> tellus incurua *Minor*[b]em;
 Maior Sangario late praestringitur amni.
 Haec procul eos procedit plurima in axes,
 Fertilis herbarum: qua caelum rursus in umbras
 Inclinat uertex, panduntur terga Minori,
 985 Quae iacet immensae late sub rupibus Idae,
 Infortunatam pertingens caespite Troiam.

Aeolis inde patet uastum super Hellespontum
 Aegaei per terga sali. prolixus Ionum
 Rursus ager glæbam protenditur: hunc secat ingens
 990 Maeander, salsique ruens uada gurgitis intrat.
 Comminus hic gelidi qua spirant flabra aquilonis,
 Vrbs Ephesus *tetricae* sustollit fana Dianae,
 Munus Amazonidum memorabile; nec minus inde
 Lydia procedens longum latus explicat euro:
 995 In qua uitiferae Molus iuga proserit arcis,

974 ab v á A | bebrycia glæbam v Bebryacia glebam A
 975 nubiferæ A nubifere v 976 Mysos v Missos A | mysos v mis-
 sos A 977 flauescens *Cuspinianus* : flauens gens v fliens gens A
 (flaua gerens O) | Cius *Vadianus* : chius | ad v ab^d A 978 fuit v
 fuit A 979 caeruleum v ceruleum A 980 Phrygiam *Pithou* :
 phrygia | incurua *Minorem Withof* : incuruat (Curvatur O) in orbem
 981 praestringitur v substringitur A | amni A anni v 982 herbarum v
 herbarum A | celum A caelum v caeli *Schrader* 983 im(m)nsæ A
 immense v 984 caespite v cespite A 985 Folis A Aeolis v
 986 prolixus v prolyxus A 987 glæbam v glebam A 991 Com-
 minus hic v Quo min hinc A | aquilonis v fauoni A 992 tetricæ
Cuspinianus : qua tætre v catetæ A (* O) | fana A phana v 993 nec
 minus inde v nemine A 994 Lydia v Lidia A | latus v late A |
 explicat A explcat v 995 uitiferae A uitifere v | tmolus *Cuspi-*
nianus : molis A emolus v | arcis v ancis A

- Et Pactolus aquas agit auriger, arua canoris
 Persultant cygnis, curua[s] sedet undique ripa[s]
 Creber olos, laetis adsurgunt gramina campis,
 Herbaque luxuria<us> sola semper pingua uestit.
 1000 Sed locuplete magis Maeandria glaeba recumbit
 Vbere, nam blandi terram rigat unda Caystri.
 Maeonis hic etiam deducit turba choreas:
 Aurea subnectunt haec uincola, ritus Iaccho
 Luditur, atque sacris feriunt ululatus aethram;
 1005 Virgineusque chorus late strepit, exilit omnis
 Coetus, ut instabiles uaga pendent corpora dammae:
 Chaurorum quoque flabra deo famulantia ludunt
 Ritibus in uulgi; subeunt haec serica saepe
 Pallia, et impulsu zephyris agitantur amictus.
 1010 Haec linquenda tamen laeto reor omnia Lydo.
 Qua se Xanthus agit, Lyciorum tenditur ora
 Inclinata mari, surgunt ibi culmina Tauri
 Pamphylicae in fines: hic idem Cragus habetur
 Nomine sub gentis: prope celsam surgit in arcem
 1015 Prisca Side: fomes calidis adoletur in aris
 Saepe Dionaeae Veneri; stat Corycus alta,
 Stat Perge propter, micat ardua tecta Phaselis

996 agit A agita v 997 Persultant *Cumers* : Persultans |
 cygnis v cygni A | curua *Heinsius* : curuas | ripa *Heinsius* : ripas
 998 olos A alos v | laetis adsurgunt v latesis assurgunt A 999 Herba
 quae v Herbaq A | luxurians *Vadianus* : luxuria | sola] loca
Friesemann 1000 glaeba v gleba A 1001 Vbere v Hubere A
 1003 hęc A hęc v | iaccho v hiacho A 1004 ululatus v hululati-
 bus A 1006 vt *Vadianus* : et | instabiles A instabilis v | dāmæ *Pithou* :
 damme v damq A 1008 Ritibus v Rutibi A 1010 linqnda A
 liquanda v | lydo v abydo A 1011 xanthus *Cuspinianus* : xanchus v
 xantus A | tendit A tenditur v 1012 mari A corr. : maris (magis O) |
 culmina A culmine v | tauri v et auri A 1013 Pamphylicae v Pam-
 philię A | cragus A tragus v 1014 celsam v celsa A 1015 Prisca
 Side de *Saumaise* : Priscas ide A Pircas idæ v 1016 Dionaeae
Pithou : Dioneę A dioniae v | corycus v coricus A 1017 micat
Cuspinianus : nutat A intrat v (O) | tecta A tacta v | phaselis v
 phasellis A

Eminus, et Phoebi radiis tremit aemulus ardor.

Inde Lycaoniae tractus iacet: impiger agros

1020 Incola decurrit, sitit atrum dira cruorem

Gens hominum, et saevo pascuntur pectora bello.

Tum Pisida ferox exercet pingua culta,

Telmissusque dehinc urbs eminent, <eminent> arcem

Inclyta per nubes attollens moenia Lyrbe,

1025 Et Lacedaemoniae surgunt fastigia Selges.

Plurimus hinc terras intrat sinus, undaque longe

Vicina Euxino rupti sola caespitis urget.

Hic diros Cilicas trames tenet, inque diei

Tenditur exortum: sulcant duo flumina terram,

1030 Pyramus hic undas, hic uoluit Pinarus aequor.

Cydnus item mediae discernit moenia T[h]arsi.

Pegasus hoc olim suspendit caespite sese,

Impressique solo liquit uestigia calcis;

Esset ut insigni[s] reuoluta in saecula semper

1035 Nomen humo, clari post ultima Bellerophontis.

Hic caespes late producit Ale[t]ius arua,

Horrescitque comis nemorum, per inhospita cuius

Aequora secreto uitam protraxerat agro.

Lyrnessusque dehinc, hic Malus et Anchi<a>lia,

1019 lycaoniae tractus *v* lychaonia et nictus *A* | agros *v* agris *A*

1020 decurrit *v* decarrit *A* | atrum *A* arum *v* (*O*) | dira *v* dura *A*

1021 pascuntur *v* nascunt *A* 1022 Telmissus: Telmissum *v* Tel-

missum *A* (Thelmissum *O*) | dehinc *v* dehinc *A* | <eminent>

Hudson 1024 lyrbe *v* lyrbe *A* 1025 lacedemoniæ *A* lacedemoniæ *v*

1026 undaque *Hudson*: undiq 1027 caespitis *v* cespitis *A*

1028 cilicas *Cuspinianus*: cæli cas *v* celi cas *A* 1029 exortum *v* et

tortum *A* | terram *v* terrarū *A* 1030 Pyramus *v* Pyrrhamus *A* | Pinarus

Vadianus: pyramus *v* pyrhamū *A* 1031 Tarsi *Pithou*: tharsi

1032 caespite *v* cespite *A* 1033 Impssi *A* Impressæ *v* | calcis *A*

calchis *v* 1034 insigni *Camers*: insignis 1035 clari *v* e la *A*

clarum *Schrader* | bello rophontis *v* Bellerophontis *A* 1036 caespes *v*

cespes *A* | Aleius *Pithou*: aletius (Halenus *O*) 1037 inhospita *v*

hospita *A* 1038 protraxerat *v* pmiserat *A* 1039 Lyrnessus *Pithou*:

Lirnessus *v* Lirnessus *A* | hic *v*, om *A* | Anchialia *Pithou*: anchilia *A*

anchilla *v*

- 1040 *Inlustresque Solo*<e> post carmina uatis alumni.
 Commagenorum propter diffunditur ora:
 Et procul Hesperium curuatur limes in axem,
 Donec piniferas Casii prorepat ad arces.
 Hinc solers Asiam facili cape carmine totam.
- 1045 Forma sit huius enim talis tibi: quattuor illa<m>
 In latera effusa<m> cordi dato; longior autem
 Sit modus his, rutili quae spectant sideris ortum:
 Tumque tene, primo quod carmine musa locuta,
 Totam Asiam celsi praecingi uertice Tauri
- 1050 Extima in Indorum: montis tamen accipe molem
 Per latus id duci, quo dat *Cynosura* pruinas:
 Solis ab occasu uastum decurrere Nilum:
 Indic[i]um ab eo is mare feruere, rursus ab austro
 Fluctibus inmodicis Rubri salis aequora uolui.
- 1055 Ora Syrum curui procumbens lit[t]oris acta
 In notum et eoi confinia tenditur euri.
 Haec Coele est Graio sub nomine: *namque* duobus
 Vt conclusa iugis, uallis uice, multa cauatur.
 Ab zephyro Casius mons inminet: axe diei
- 1060 Consurgentis item Libanus premit arduus arua.
 Pars procul a pelago terras colit, inque recessu
 Gens agitat: salso quidquid pulsatur ab aestu,
 Phoenicum regio est: hi Rubro a gurgite quondam

1040 *Illustres Camers*: *Inlustri v Illustri A* | *Soloe Hudson*: *solo* |
 post] per *Schrader* 1043 *casii A* *casu v* 1044 *solers v sollers A*
 1045 *illam Heinsius*: *illa* 1046 *effusam Heinsius*: *effusa*
u. 1048—1085 *post u.* 1123 *in v (O)* 1047 *sideris v syderis A*
 1048 *musa v mensa A* | *locuta Cuspianus*: *loquuta v loculte A*
 1050 *Extima in*] *Extimam O* | *molem A mollem v* 1051 *duci A*
ducit v (O) | *quo dat Cynosura Vadianus*: *quo datynus ora v qd*
acynus ora A 1052 *occasu A ocasu v* 1053 *Indicum Vadianus*:
Indiciū A Inditium v 1055 *litoris: littoris* 1056 *notum v Noton A*
 1057 *coele v celo A* | *nomine v non tine A* | *namque: nanq*
 1058 *conclusa v conclu...ra A* | *uallis A uellis v* 1059 *mons*
inminet v monimine et A 1062 *qdqd A quicquid A*

- Mutauere domus, primique per aequora uecti
 1065 Lustrauere salum; primi docuere carinis
 Ferre cauis orbis commercia; sidera primi
 Seruauere polo; populis Phoenicibus ergo
 Vrbs Iope, sterilisque dehinc habitatur Elais,
 Gazaque proceris adsurgens undique muris.
 1070 Hic Tyrus est opulens, et Berytus optima, Byblos,
 Sidoniique lares; ubi labens agmine amoeno
 Caespitis inrigui Bostrenus iugera findit.
 Nec minus hic Tripolis pingui sola porrigit agro;
 Orthosisque dehinc attollitur: hic Marathus stat.
 1075 Lit[t]oris extremo caput altis turribus effert
 Laodice, et glauci praelambitur aequoris unda.
 Hic nemorosa uirent Daphnae loca, celsa cupressus
 Erigitur, ramos innectit laurus odora,
 Crine Dionaeo myrtus diffunditur, altae
 1080 Consurgunt pinus, et caelum sibila pulsant
 Robora, mollicomis tellus insternitur herbis.
 Vrbs mediis Apame[n]a dehinc consistit in aruis,
 Et qua Phoebeam procul incunabula lucem
 Prima fouent, Emesus fastigia celsa renidet.

1064 domus *v* domos *A* 1066 orbis *v* orbi *A* | cōmercia *A*
 comertia *v* | sidera *Cuspinianus* : sydera 1067 polo *van Broekhuysen* :
 poli *v* polis *A* 1068 iope *v* Rhope *A* 1070 berytus *v* Berutus *A* |
 byblos *v* Biblos *A* 1071 Sidonii *Pithou* : Sidonei *v* Sydony *A*
 1072 Cæspitis inrigui *v* Cespitis irrigui *A* 1074 Ortho sis *A*
 Ortasis *v* (Orthosia *O*) | marathus stat *v* Mat tat *A*
 1075 Litoris : Littoris | extremo *v* et tremo *A* | altis *A* alis *v* |
 effert *v* offert *A* 1076 praelambitur *Cuspinianus* : praelambit *v*
 prælabit *A* 1077 uirent daphnae *v* uiret daphne *A* 1078 ramos *O* :
 ramus *v* ramis *A* 1079 Dionæo *A* dioneo *v* | myrtus *v* myrthus *A* |
 altae *v* alte *A* 1080 pinus *A* pinum *v* | caelum : cœlum *v* cœlum
 cœlum *nul* *A* 1081 herbis *v* herbis *A* 1082 mediis apamea
Cuspinianus : mediis apamena *v* Medira pemane *A* | consistit] con-
 sidit *Heinsius* 1083 phoebeam *A* phœbum *v* | incunabula *v* in-
 cūnabula *A* 1084 fouent, Emesus (Emesa *O*) : fouente mesus *v*
 uene emesus *A*

- 1085 Nam diffusa solo latus explicat, ac subit auras
 Turribus in caelum nitentibus: incola claris
 Cor studiis acuit, <uit>am p[l]ius imbuat ordo:
 Denique flam<m>icomo deuoti pectora Soli
 Vitam agitant: Libanus frondosa cacumina turget,
 1090 Et tamen his celsi certant fastigia templi.
 Hic scindit iuxta tellurem glaucus Orontes,
 Nec procul Antiochi uagus interlabitur urbem,
 Praestringens undis Apamenae iugera glabrae.
 Fertilis hic caespes protenditur, aruaque amica
 1095 Sunt pecori, in *septu[s]* facilis Pomona resurgit,
 Et fecunda Ceres campo flauescit aperto.
 Si rursus tepidum uia deflectatur in austrum,
 Curua sinus Arabi succedent aequora propter.
 Namque Arabas Syriaeque solum sinus iste fluento
 1100 Diuidit, et tentis procul interfunditur undis:
 Et tamen eos paulum inclinatur in axes
 Vsque in belligeri confinia flexus Elani.
 Hinc tellus Arabum producit caespite campos,
 Et latera ab gemino sale cingitur; adluit aestus
 1105 Persicus hanc, Arabumque sinus rigat aequore terram.
 His sua flabra polo spirant: nam Persicus euro
 Turgescit uento, zephyro sinus aestuat alter.
 Pars *autem* in primos qua<e> semet porrigit ortus,

1085 explicat *A* explicat *v* | ac *v* et *A* 1086 cœlum nitenti-
 bus *A* cœlum intentibus *v* 1087 uitam pius *Heinsius* :
 amplius *A* amplius *v* 1088 flammicomo : flamicomo 1091 scindit *A*
 se indit *v* (findit *O*) 1092 interlabitur *v* . . . illabit *A* 1093 Præ-
 stringens *A* Præstringitur *v* | apamenæ *v* apameę *A* | glabræ *v*
 terrę *A* (*O*) 1094 hic *A* hec *v* | cœspes *v* cespes *A* 1095 in septu
scripsi : infestus 1096 fecunda *Vadianus* : fecunda *A* fecūda *v* |
 aperto *v* apto *A* 1097 tepidum *A* tepedum *v* 1099 Namque
Pithou : Nanq̄ | fluento *Vadianus* : fluente 1101 Et] Hic *Vadianus*
 1102 confinia *A* confina *v* | helani *Cuspinianus* : alani *A* (Enali *O*)
 hanali *v* 1103 cœspite *v* cespite *A* 1104 cingit *A* tingitur *v* |
 adluit : abluit *v* alluit *A* 1105 terram *Camers* : terras 1106 His
Schrader : Hic 1108 autem *Wernsdorf* : alia | quae *Hudson* : qua

- Et notus insurgit qua nubifer, aequore Rubri
 1110 Tangitur Oceani; felici terra recumbit
 Tota solo: tellus hic semper *fragrat* odoro
 Caespitē: prorumpit lac[h]rimoso stipite myrrha,
 Myrrha furor quondam Cinyreius; hic ladani uim
 Vellera desudant, calami coma pullulat almi,
 1115 Gignit humus casiam, concresecunt tura per agros,
 Longaque fecundis pinguescit odoribus ora.
 Vera fides, illic femoris sub imagine partus
 Disrupisse Iouem penetralia; proderet ortus
 Vt sacer aetheria fulgentem fronte Lyaeum.
 1120 Nascenti Baccho risit pater, undique fulsit
 Caelicolum sedes, conuexaque pura tetendit
 Festa dies: tellus effudit diues odores;
 Villorum subitis tumuit pecus incrementis:
 Ver habuere suum noua gramina, flore frequenti
 1125 Pinxit terra sinus, ac nymphis unda cucurrit
 Largior: internis etiam procul undique ab oris
 Ales amica deo largum congegit amomum.
 Extemplo Liber subnectit nebride pectus,
 Effusasque comas hedera ligat, inde uirentis
 1130 Attollit thyrsos, et blandi luminis igne
 Os hilarat, totaque celer diffunditur aethra.

1109 qua *O*: cum *v* cui *A* 1110 felici *A* foelici *v* 1111 fragrat
Wernsdorf: flagrat 1112 Caespitē *v* Cespitē *A* | lacrimoso: lachry-
 moso | myrrha *A* mirrha *v* 1113 Cinyreius *Camers*: (Cynireius *O*)
 memyreius *v* memireius *A* | ladani uim *v* (*O*) ladani iū *A* 1114 Vel-
 lera] Vimina *Wernsdorf* | desudant *A* defundant *v* 1115 tura *A*
 thura *v* 1116 fecundis *Vadianus*: faecundis 1117 femoris *A*
 femori *v* 1118 Disrupisse *Pithou*: Dirrupisse *v* Dirupisse *A* (*O*)
 1119 fronte *A* frontem *v* | lyaeum *v* Lyeum *A* 1120 Baccho *A*
 bacho *v* | fulsit *v* fulxit *A* 1121 tetendit *v* .. tēdit *A* 1122 Vil-
 lorū *A* Villosum *v* (*O*) | tumuit *v* timuit *A* 1124 gmina *A* framina *v*
 (flamina *O*) 1127 congegit *v* congesta *A* 1129 Effusasque *A* Effusis *v* |
 hedera *A* edere *v* | uirentis] uirenti *O* 1131 Os *A* Hos *v* (*O*) | celer]
 calor *Higtius*

Sed propter Libanum terram sulcant Nabataei,
 Chaulasique dehinc, Agraei rursus, et inde
Hatramis est tellus: **Macaë** uicina fluento
 1135 Persidis accedunt: Rutili contermina ponti
 Minaei Sabataeque tenent; super impiger ampla
 Aequora desulcat glaebae ditis **Cletauenus**.

Plurima praeterea gens circumplectitur illic
 Oram Arabum, muta sed degunt agmina fama,
 1140 Et numerus cunctis inglorius: inde fauoni
 Qua plaga **fecundis** alit almos flatibus agros,
 Barbara montiuagos tellus extendit Erembas.
 Hi uitam duris agitant in cautibus omnem,
 Intectique artus erepunt ardua semper
 1145 Culmina saxorum: non ollis pabula in usum
 Terra parit: glaebas abrodunt more ferarum
 Ieiunas herbae, nec amicas frugibus ullis.

Hinc ultra Libani rursus fastigia celsi,
 Lux Hyperionio qua se sustollit ab ortu,
 1150 Alterius Syriae limes iacet usque Sinopen
 Gurgitis attiguum; mediis hic impigra in aruis
 Cappadocum gens est: propter freta turgida rursus

1132 Libanum *A* lybanum *v* | nabataei *Cuspinianus* : Nabathe *A*
 nabactae *v* 1133 Chaulasijq; *A* Caulasii quæ *v* | Agræi *O* : agreni
 1134 Chatramis *Camers* : Lybdamis *A* Lybdanus *v* | Macaë *Bochart* :
 camæ *v* came *A* 1135 contermina *v* cōtērina *A* 1136 Minæi *v*
 Cenei *A* | sabatæ *v* (Sabæ *O*) Sabathe *A* | super *A* (*O*) superi *v*
 1137 desulcat *v* desculcat *A* | glaebae : glæuæ *v* glebæ *A* | ditis *A*
 (dines *O*) dites *v* | Cletabenus *Pithou* : ceta ciet auenus *A* cit ciet
 auenus *v* (Catabanus *O*) 1139 sed *A* se *v* 1141 fecundis *Schrader* :
 fecundos | almos *v* almis *A* (alma *O*) | flatibus *A* fluctibus *v*
 1142 montiuagos *v* mentiuagos *A* | erembas *v* ^E(e)rebas *A*
 1143 omnem *A* omnes *v* 1145 saxoꝛ *A* saxosum *v* 1146 glæbas *v*
 glebas *A* | ferarū *A* ferorum *v* 1147 herbæ *v* herbæ *A* 1148 libani *A*
 lybani *v* 1149 qua *A* quæ *v* 1150 sinopen *v* in Iopen *A*
 1152 propter *v* pter *A*

Assyrii iuxta sunt [h]ostia Thermodontis,
Et festina citis euoluitur unda fluentis.

1155 Nec procul, attollit qua se facis ardor eoae,
Plurimus Eufratae manat liquor: iste feroci
Fusus ab Armenia uastum caput exerit antro,
Inque notum primae protenditur agmine molis;
At matutinos iterum conuersus in axes,

1160 Diuidit inserto mediam Babylona fluento.
Inde Teredoniae iuga propter maxima rupis
Persidis in pontum sparso cadit effluus amni[s].

Hunc super, in septem quantum uia carpitur ortus
Caespitis extenti spatiis, citus aequora Tigris

1165 Prona rotans, et saxa iugis auulsa supernis,
Et totas late celeri trahit agmine siluas.
Quin et uasta palus medio distenditur agro;
Maximus hanc fluctu Tigris secat: intrat aperti
Terga lacus, stupet unda silens, tacitaeque recumbunt

1170 Aequora Thospittis; solidarum denique more
Riparum stagni facies incisa quiescit,
Inuectumque sibi cohibens altrinsecus amnem
Stat disclusa palus. sic Elidis incola pontum
Dissicit Alpheus: pelago sic inserit undas

1175 Illaesum optatae flumen ducens Arethusae.

1153^o ostia *Vadianus*: hostia | Thermodontis *A* termodoontis *v*
u. 1154 *post* 1162 *transponebat Schrader* 1156 Plurimus *A* Pluti-
 mus *v* | Eufratae manat *v* euphraten tranat *A* | feroci *v* feroces *A*
 1157 Fusus *v* Rursus *A* | armenia *v* armenio *A* 1159 *At Wassen-*
bergh: Et 1161 propter *Schrader*: ppte *A* preter *v* 1162 sparso |
 sparsus *O* | amni *Comers*: amnis 1163 Hunc *A* Nunc *v* | carpi-
 tur *v*: ca. pit *A* 1164 Caespitis extenti spatiis *v* Cespitis et tenti
 spatij *A* 1165 iugis *v* rotans iugis *A* | supnis *A* supremis *v*
 1166 siluas *v* syluas *A* 1168 secat *A*, om *v* 1169 lacus stupet *v*
 la ... estus et *A* | recumbunt *v* recedunt *A* 1170 Thospittis *O*:
 thosippes *v* thosis pes *A* 1171 incisa *A* inscia *v* (intacta *O*)
 1172 sibi *v* sinu *A* | amnem *A* amnes *v* 1174 Dissicit *v* Disijcit *A* |
 Alpheus *A* alphæus *v* 1175 optatæ *A* optate *v* | Arethuse *A*
 aræthuse *v*

- Ergo per et stagnum uehitur celer amnis apertum,
 Hoc elapsus item uim proni gurgitis urget.
 Non alium tantus rapit impetus; haud ita quisquam
 Spumescit fluctus, neque tantos ulla fragores
 1180 Vnda ciet. medio quae tellus funditur agro,
 Hoc Interamnis nomen tenet; [a]ut situs illam
 Flumine praecinctam gemino per aperta locauit.
 Non qui lanatum longo pecus educat agro,
 Aut qui cornigeri ductor gregis arua pererrat,
 1185 Gramina qui pastor simis petit apta capellis,
 Quique cauo solers committit semina sulco,
 Quem Pomona iuuat, quem ramis aesculus altis
 Inlicit, et pingui dependens subere glando;
 B<r>accia Nysaei qui palmitis ordine iusto
 1190 Digerit, aut tectis siquis dolat impiger ornos,
 Vel salis in fluctus qui cumbam nauita textit,
 Spreuerit hos saltus: nihil indiga subtrahit ora:
 Diues humo tellus, diues iacet arbore caespes.
 Istius in borean quidquid protenditur agri,
 1195 Armenii et uita duri sulcant Matieni.

Qua sunt flabra noti, Babylon subducitur arce
 Procera in nubes: hanc prisca Semiramis urbem

1176 stagnum *Camers* : stagno | apertum *Camers* : aperto
 1179 fluctus *v* fluctu *A* | tantos *A* tentos *v* 1181 Hoc Interamnis
Schrader : Hos (Hæc *O*) inter amnis (amnes *O*) | vt situs *Camers* : aut
 suus (nam deus *O*) | illam *v* (*O*) illic *A* 1182 præcinctâ *Pithou* :
 præcinctam *v* præcinctū *A* 1184 perrat *A* pererrant *v* 1186 cauo *v*
 graui *A* | solers : sollers | semina *v* sēia *A* 1187 iuuat *v* iuuat *A* |
 aesculus *v* esc^u(a)lus *A* 1188 Inlicit *v* Illicit *A* 1189 Brachia
Vadianus : Bacchia | nysaei *v* nyssaei *A* 1190 tectis *v* tectas *A* |
 dolat *v* dolet *A* 1191 cumbam : cymbam *v* cumbunt *A* | nauita *A*
 nauite *v* 1192 sb'trahit *A* snbtrahit *v* 1193 caespes *v* cespes *A*
 1194 borean : boream | qdqd prætenditur *A* quicquid protenditur *v*
 1195 Armenii *v* Armeni *A* | uita *v* uitam *A* | matieni *Cuspinianus* :
 matigeni *v* Matieti *A* 1197 hanc prisca *v* priscā *A* | Semiramis *A*
 samiramis *v*

- Vallauit muris, quos non absumere flammae,
 Non aries penetrare queat: stat maxima Bel[li]
 1200 Aula quoque argento, domus Indo dente nitescit,
 Aurum tecta operit, sola late contegit aurum.
 Ipsa dehinc tellus, quae circumplectitur urbem,
 Et procerarum fluctu uernat palmarum,
 Et splendente procul beryllo ferta renidet.
- 1205 Hic tamen internis Ophietidis arcis in aruis
 Inter gemmiferas excrescit creber harenas.
 Hinc Babylona super, geminae pro finibus ursae,
 Cissi Massabataeque et Chalonita uagantur.
- At rursum Armeniae siquis pede pergat ab arce
- 1210 Rupis, et eoas gressum producat in oras,
 Medica prolixos spectabit regna per agros.
 Horum qui gelidi succedunt plaustra Bootis,
 Pingua rura tenent: sunt illic Atropateni,
 Sunt Ger[r]i et Mardi. tepidum qui rursus ad austrum
- 1215 Oram habitant, Scythicae deducunt semina gentis.
 Nam Medea ferox fuit ollis sanguinis auctor.
 Haec cum Pandionis letum componeret aulae,
 Attica qua pulchro tellus pinguescit Ilisso,
 Proditur, inque fugam propere conuertitur exul.
- 1220 Has post in terras pinu[s] subit <Ae>etine,
 Inseditque locos: ueteres accedere Colchos

1198 flammæ v flamę A 1199 Beli Heinsius : belli 1201 tecta v
 testa A u. 1202 om A 1204 splendente v splendore A 1207 ge-
 mineę A gemine v 1208 Cissi Cuspinianus : cossi | massabete
 Cuspinianus : mas sagathę A marra gatę v | chalonita Cuspinianus :
 Machionita A machionta v (O) 1209 armeniaę v Armeni ce A
 1210 gressum v gressus A 1211 prolixos v plyxos A | specta-
 bit A (O) spectabis v 1212 Atropateni Pithou : agropateni A
 agropiceni v 1214 Geri : gerri v Gethę A | mardi O : mardę
 1215 Scythicę Pithou : scyticę v Scythię A | semina v semina A
 1216 Nam medea v (M)am Medea A | auctor A autor v 1217 le-
 thum O : lectum 1218 iliso v Ilissa A 1220 pinu Pithou : pinis v
 + pinus A (pinnis O) | subit etine Cuspinianus : subiuit etine v
 subuiuit iuit Echydnae O subit etnę A

- Nulla inerat menti fiducia; denique ab illa
 Medorum suboli magicæ furor artis inhaeret.
 Pars gentis, rutilos Phoebi quæ spectat in ortus,
 1225 Saxa habitat, saxis excudit narcissiten:
 Qui propter dumos nemorosaque rura uagantur,
 In pecus intenti, crebro grege pascua tondent.
 Medica se tantos effundi<t> glæba per agros,
 Caspia ut extento contingat *caesp*ite claustra.
 1230 Haec Asiae dixere fores, hiet ore quod illo
 Porta quasi, et longas biuium discedat in oras.
 Quippe niuosa poli qua cardine uertitur aretos,
 Panditur Hyrcanis hinc ianua; ianua Persis
 Hinc patet, imbriferum qua uergit mundus in austrum.
 1235 Ecce sub immenso portarum uertice Parthi
 Rura tenent, curui nequicquam uomeris usu[s]
 Sollicitanda sibi; non ollis cura laborque,
 Aequora terrarum grauibus componere rastris:
 Exercent saeui se semper Martis in arma.
 1240 Sica comes lateri est, manus autem hastilia uibrat,
 Demittunt pharetras [h]umeris, et letifer arcus
 Semper inest <a>euæ: neque per compendia diras
 Producent animas; non puppibus aequora sulcant:
 Non proni gregibus pecoris fera uita iuuatur.
 1245 Sed quatit alipedum sola semper cursus equorum,

1223 suboli *v* soboles *A* | artis *v* martis *A* 1224 phoebi *A*
 phoebei *v* 1225 narcissiten *v* narrois is⁺ *A* 1227 pascua *v* Pascua
 pascua *A* | tondent *Cuspinianus*: tendent *v* tendūt *A* 1228 se *v*
 sed *A* | effundit *Cuspinianus*: effundi | glæba *v* gleba *A* 1229 cae-
 spite: cespite 1230 hiet] hiat *O* 1231 biuium *A* uiuum *v* uiam *O* |
 discedat] discidat *O* 1234 uergit mundus *v* mūdus uergit *A*
 1235 imenso *A* immenso *v* 1236 ne quicquam *v* nequaq̃ *A* | usu
Wernsdorf: usus 1240 Sica *A* Sicca *v* | manus *v* *A* corr. magis *A* *pr.*:
 autem *A* aut *v* | uibrat *v* uibrât *A* 1241 Demittunt *Vadianus* |
 Dimittunt | umeris: humeris | letifer *Vadianus*: lætifer *v* loetifer *A*
 1242 leuæ *Pithou*: lebæ *v* *A* 1243 Producent *A* Pro-
 ducant *v* | sulcant *v* *A* corr. pulsant *A* *pr.* 1244 proni *A* proin *v*
 1245 quatit *v* q̃tum *A*

Pulsaque terra gemit: discurrunt crebra per auras
Spicula, missilibus late subtexitur aer.

- Quin etiam *post* <h>os amor est si discere Persas
Consimilis, solersque trahit te cura per orbem;
1250 Has quoque musa tibi formabit carmine terras,
Quae liquidos amnis uia deuehat, utque iugorum
Consurgat uertex, quibus oris arua recumbant
Barbara, famosum qui Persam roboret usus.
Quippe Asianarum primi degunt regionum.
1255 Vita opulens genti, gazas quoque terra ministrat
Omnibus, et largum populis producitur aeuum.
Diues in his mos est iam longi tempore saeculi,
Ex quo Maeonia<m> bello triuere cruento.
Illudunt auro uestes, et cuncta teguntur
1260 Auro membra uiris, auro uestigia condunt:
Tantus Persarum dissoluit pectora luxus.
Ipsa autem tellus inclusa est montibus altis,
Undique in australem latus inclinatio axem,
Ac borean longe, longe quoque Caspia claustra
1265 Deserit, atque noti placida perfunditur aura.
Istius at spatiis finem dat Persicus aestus,
Incoliturque solum populis tribus. una sub arcto
Pars agit, armigeris nimium contermina Medis:
Altera per mediae telluris terga uagatur:
1270 Porro ad flabra noti, pelagus prope, tertia degit.

1248 etiam *post* hos *Vadianus* : et impactos *A* in pactos *v*
(impacatos *O*) | Persas | Parthos *O* 1249 solers *v* sollers *A*
1250 musa *A* inuisa *v* | carmine *A* (*O*) cardine *v* 1251 liq̄dos *A* (*O*)
liquidis *v* | amnis | amnes *O* | deuehat *O* : debeat 1252 Consurgat *v*
Consurgit *A* 1253 famosum *A* (*O*) famosum *v* | persam *v* persa *A*
(Persar̄ *O*) | roboret *Camers* : robur et 1256 largum | lautum
Wernsdorf 1257 tempore *O* : tempora 1258 Meoniam *Pithou* :
Mæonia *A* mæonii *v* (Mæonios *O*) 1259 Illudunt | Illinunt *O*
1260 membra *v* m̄bra *A* 1264 borean : boream 1265 atq̄ noti *v*
at q̄ non *A* 1268 contermina *v* certamina *A* 1270 Porro *A*
Porrho *v*

- Plurima praeterea percurrunt flumina terram
 Persidis, et rigidas curuant labentia ripas.
 Arua secat Cyrus, perrumpit rura Coaspes,
 Indica prouoluens procul aequora: cuius ad undam
 1275 Incola flauentem studio sectatur achatem.
 Nam cum brumali[s] ceciderunt sidere nimbi,
 Imbribus et caelo fuis furit auctior amnis,
 Hos lapides late flumen trahit: undique tellus
 Circumiecta dehinc laeti uiret [h]ubere campi.
 1280 Sed qua caeruleam sinus infert Persicus undam,
 Gens Carmanorum late colit: hanc facis ortus
 Vrit Phoebae; tanto quoque funditur agro,
 Vt simul et glauci contingat gurgitis aestum,
 Et procul internae perreptet iugera terrae.
 1285 Hos super e[s]t tellus tendit Gedrosia glaebam
 Oceani uicina fretis; at flumen ad Indum
 Auroraeque latus Scytha miti proximus austro
 Accolit: australis certe Scytha dicitur iste:
 Namque alii dura pulsantur desuper arcto.
 1290 Indus Caesasiae prorumpens rupis ab antro
 Aduersum pelago Rubri procul aequoris annem
 Porrigit, inque notum recto fluit agmine aquarum.
 Ora dehinc Indo duo sunt, mediumque per agrum
 Insula se uasto fundit tergo Patalene.

1272 ripas *v* terras *A* 1274 prouoluens *v* cōuoluens *A*
 1275 sectatur *Cuspinianus* : sectator *v* sectatus *A* | achatem *v*
 Achaten *A* 1276 brumali *Camers* : brumalis (brumales *O*) | sidere
Cuspinianus : sydere | nimbi *v* nymbi *A* 1277 cęlo *A* cęlo *v*
 1278 late *v*, om *A* 1279 Circūiecta *A* Circūiecta *v* | ubere *Cuspi-*
nianus : hubere 1280 cęruleam *v* ceruleam *A* 1283 simul *v*
 sinus *A* 1284 perreptet] proreptet *O* 1285 et *Hudson* : est |
 glębam *v* glęba *A* 1286 at *Vadianus* : et 1287 Aurorę *A* Aurore *v* |
 Scytha *A* (*O*) scyta *v* | miti *A* amitti *v* (*O*) 1288 Accolit *A* Adcolit *v* |
 Scytha *A* scyta *v* | iste *v* orę *A* 1289 Namque : Nanę 1290 prum-
 pens *A* prerumpens *v* | antro *v* a *A* 1294 patalene *Cuspinianus* :
 patelene

- 1295 Innumeras idem dispescit flumine gentes,
 Oritas Aribasque et ueloces Arachotas,
 Et Satram infidum, uel qui per inhospita late
 Discreti populi<s>, discreti finibus agri
 Arua agitant, uno sed nomine sunt Arieni.
- 1300 Hi quamquam steriles decurrant semper harenas,
 Munera nec carpant cerealia, nec noua prelo
 Musta premant, fuluo tamen inuenere corallo
 Pandere uiuendi commercia, quaerere pulchrae
 Sapphiri latebras et praeduros adamantas.
- 1305 Calliope, Indorum populos et regna canamus.
 Vltima terrarum tellus aspergitur Indi
 Fluctibus Oceani; primam coquit hanc radiis sol,
 Sol Hyperionius, sol magni gratia mundi,
 Astrorum genitor, lucis sator et uigor aethrae.
- 1310 Sed genti Indorum taeter color: efflua semper
 His coma liuentes imita[n]tur crine hyacinthos.
 Pars subit abrupti sola caespitis, aurea ut illis
 Terrarum in latebris excludant caute metalla:
 Pars telas statuunt, et uestimenta laborant
- 1315 Lintea: pars Indi procurat segmina dentis,
 Atque ebur inuigilat: multi, qua flumina nimbis
 Auget hiems, uastum ut late trahat agmen aquarum
 Alueus, et celsas euincant aequora ripas,

1295 dispescit *Pithou*: dispexit *v* (*O*) despexit *A* 1296 aribas
Cuspinianus: arabas (*Arbias O*) | arachotas *Cuspinianus*: arachoias
 1297 Satram *Schrader*: sagam 1298 populis *Withof*: populi
 1299 uno sed *v* unos et *A* 1300 quamquam: quanquam 1301 prelo *A*
 praelo *v* 1302 pmant *A* praemant *v* | corallo *v* corollo *A* 1303 cō-
 mercia *A* cōmertia *v* | quaerere *v* ^{q̄re} uiuere *A* | pulchrae *A* pulchre *v*
 1304 Sapphiri *Cuspinianus*: Sappiri *v* Sapphyri *A* | praeduros *A* p̄duros *v*
 1308 hyperionius *A* hyperonyos *v* 1310 taeter *v* teter *v* 1311 imi-
 tatur *Pithou*: imitantur 1312 abrupti *A* abrupta *v* | caespitis *v*
 caespitis *A* | illis *v* illic *A* 1313 excludant *v* excludant *A*
 1315 Lintea *v* Interea *A* 1316 multi *v* multis *A* | qua| quum *O* |
 nimbis *Cuspinianus*: nymbis 1317 hiems *v* hyems *A* 1318 Al-
 ueus *A* (*O*) Albeus *v* | celsas euincant *A* celsa se uincant *v*

- Pal[*l*]antes obeunt beryllum, prona fluenta
 1320 *Quem* procul internis a finibus, aut adamanta
 Detulerint: his glauca dehinc tornatur *ia*<*s*>pis.
 Nec minus et bacas alii prope marmora curuis
 Excudunt conchis: pars rursus diuite cura
 Herbosi lapidis uenas fodit: hique rubore
 1325 Suffusas blando quaerunt campis amethystos.
 Horum diues enim tellus est Indica semper,
 Et tali scrupo *caespes* tumet: amnibus autem
 Fertilis inriguis crebro praelambitur ora:
 Extendunt celsi uaga late brachia luci,
 1330 Et uernat nemorum semper coma. nunc tibi formam
 Terrarum expediam, nunc carmine flumina fabor,
 Nunc rigidos montes, nunc multae denique gentis
 Absoluam populos. latera agris undique in Indis
 Quattuor esse tene: coeant tot et anguli ab omni
 1335 Parte sibi, oblique claudentes extima terrae,
 Ceu species rhombo est. zephyri de partibus, Indus
 Gurgitis occursu fit *certae* terminus orae:
 Axe noti, Rubri late salis obiacet unda:
 Flumen item Ganges fit limes *caespiti* eoo;
 1340 Adque Lycaonia consurgit Caucasus arcto.
 Aequare qua fuso laticem prouoluitur Indus,
 Dardanidum gens est, ubi magnus sorbet Hydaspes

1319 Palantes *Vadianus* : Pallantes 1320 Quem *Hudson* : Nec v
 Et A | in ternis v ī terris A | aut v ^{aut} *haud* A 1321 iaspis *Cuspi-*
nianus : lapis 1322 bacas v baccas A 1323 conchis A chonchis v
 1324 Herbosi v *Hērbosi* A | hi v hic A 1325 amethystos *Pithou* :
 amethysthos A ametystus v 1327 scrupo *Vadianus* : scrupu v
 scirpo A | caespes : cespes 1328 Fertilis A Fertilit v | in riguis v
 irriguis A | praelambitur v *plabi* A 1330 uernat A *corr.* : uernant |
 nemoꝝ A memorū v 1332 multę A multe v 1335 oblique
Vadianus : obliquo (obliquæ O) 1337 certae *Pithou* : cessæt v (O)
 cęsę A | oꝝ A ore v 1338 Axe A Exe v | salis obiacet v iacet
 eꝝgris A 1339 caespiti : cespiti 1340 Adque : Ad quę v Atq; A |
 lycaonia v lychaonia A 1342 Dardanidum] Carmanidum O |
 hydaspes v Idaspes A

Delapsum summa saxorum mole Acesinen.

Tertius amnis item secat agri proxima *Cofes*;

1345 In medioque *Sabae* sunt caespites: gens quoque Sodri
Propter agit; populique dehinc uelut ordine facto
Peucaleum longas exercent uomere terras.

Gargaridae rursum: gens haec obnoxia Baccho,

Et glaebam sulcant, et ritibus orgia ludunt.

1350 Hic Hypanis lateque trahens uaga terga Cymander,
Magnus *uterque* modi dimittitur, Hemodique
Rupe procul fuluum prouoluunt fluctibus aurum:

Nec minus hi campos intrant Gangetidis orae,

Quae per flabra noti fuso distenditur agro,

1355 Vsque in celsa iacens confinia Col[*l*]ididis arcis.

Colis <et> ipsa dehinc cetosi uergit in aequor

Oceani, tantoque iugo subit aetheris auras,

Arceat alituum subducta ut rupe uolatum.

Sed circum Gangem regio est deuota Lyaeo,

1360 Perpetuique sacri talis narratur origo.

Indorum in populos fatalia Liber agebat

Praelia: uipereo late Bellona flagello

Increpat, et magno tremuerunt regna pauore,

Insistente deo. uenit ergo ad flumina Gangis,

1365 Discursuque sacro praeludit praelia Liber.

1343 Acesinen *A* a cesinen *v* 1344 cophes *Cuspinianus* : caespes *v*
cespes *A* 1345 Sabae *Pithou* : sebae | caespites *v* cespites *A* 1347 Peucaleum
Cuspinianus : Hylleum *v* Hilleū *A* Nyssenem *O* 1348 Gargaridae *v*
Gangaridae *A* (*Gandaridae O*) 1349 glaebam *v* glebant *A* | orgia *v*
orgya *A* 1350 Hic *v*, *om A* | Hypanis *A* lypanis *v* 1351 *uterque*
Vadianus : utrunq | dimittitur | demittitur *O* | Hemodique
Schrader : hemodoontis *A* hermodoontis *v* (*Emodi montis O*)
1352 hi *A* hic *v* (*O*) | gangetidis *O* : drancitidis (*Dranci^{ti}dis A*)
1354 Noti *A* nti *v* 1355 Colidis *Vadianus* : collidis 1356 Colis *v*
Collis *A* | et (at *Wernsdorf*) ipsa *de Saumaise* : ipsa *v* ipse *A* 1358 rupe
ruse *A* 1359 circum | circa *O* | gangem *Cuspinianus*, Gangem
Wernsdorf : ganges | lyco *A* lyeo *v* 1365 sacro *Vadianus* : sacre *A*
sacra *v* | praeludit *Cuspinianus* : praeludit *v* praeludit *A*

- Maenades extemplo maculosae nebridis usum
 Permutant clypeis, uiridique hastilia thyrsos
 Succedunt; soluunt properantes linthea Bacchae
 Vincula, uiroso pectus uinxere dracone;
 1370 Pro molli uitta prorepunt crine chelydri;
 Excitoque ferox persultat in agmine Mauors:
 Dux aquilas in bella rapit, tremit Indica tellus
 Pressa pede, et toto tonuerunt classica caelo.
 Ergo et Nysaeos discit gens rite recessus,
 1375 Et stata sollicito deducunt orgia ritu.
 Ipse dehinc diros ut Liber perculit Indos,
 Hemodij uictor conscendit uerticis arces,
 Effusamque solo gentem procul aspicit omnem:
 Ima iugi extantis uestigia gurgite canent.
 1380 Oceani eoi praetento denique Bacchus
 Lit[t]ore, et extrema terrarum uictor in ora,
 Ducit laurigeros post Indica bella triumphos,
 Erigit et geminas telluris fine columnas,
 Inuisi<t>que dehinc Ismeni fluminis undam.
 1385 Has tantum gentes commendat fama per orbem.
 Vile aliae uulgus, pecorum uice, terga pererrant
 Caespitis abiecti: non his aut gloria forti
 Parta manu est, aut clara decus peperere metalla

1367 Permutant *Cuspinianus*: Permotant 1368 linthea Bacche *A*
 lintæa bacche *v* 1370 uitta *Cuspinianus*: uitia | crine *A* chrine *v*
 1371 ferox *Hudson*: ferus | in agmine *v* imagine *A* 1373 to-
 nuerunt *O A corr.*: tenuerunt 1374 Nysaeos *Pithou*: nyseos *v*
 Nyssos *A* | discit *Pithou*: dixit 1375 deducunt *A* deducant *A* |
 orgia *Cuspinianus*: orgya *A* origia *v* 1376 vt *Pithou*: et
 1377 Hemodi *Vadianus*: (Emodij *O*) Hemonii *A* Hemoij *A* 1378 solo *A*
 salo *v* | omnem *v*, om *A* 1379 Ima *A* Iam a *v* | iugi *Vadianus*: iuga
 (ieiugo *O*) 1381 Litore: Littore inde a *v*. 1382 deficit *A*, secuntur
Arat. 1582—1749 1383 geminas *Cuspinianus*: geminos *v* 1384 In-
 uisit *Cuspinianus*: Inuisi *v* | undam] vndas *O* 1385 tantum *Cuspi-*
nianus: tamen *v* 1386 Vile] Mille *O* | uulgus] vulgo *O* 1387 aut
Cuspinianus: ad *v* 1388 peperere *Cuspinianus*: pepere *v*

Terrarum uenis: habitant ignota locorum

1390 Semper inexpertes fama, per inhospita degunt
 Arua procul, nullis sunt dignæ denique musis.
 At tu, Phoebe pater, uos clari turba, camenae,
 Nominis, Aonio famam inspire labori.

1391 digno *Pithou* : digne v 1392 uos *Cuspinianus* : nos v |
 Camenæ *Pithou* : camcenæ v | RVFI FESTI DESCRIPTIO ORBIS
 TERRAE EXPLICIT v

IIII.



- Vaesisse temet saepe cogitans, Probe
 Animo atque sensu, Taurici ponti situs
 Capi ut ualeret his probabili fide,
 Quos distinerent spatia terrarum extima;
 5 Subi<i> libenter id laboris, ut tibi
 Desideratum carmine hoc claresceret.
 Fas non putavi quippe, prolixa die,
 Non subiacere sensui formam tuo
 Regionis eius, quam uetustis paginis,
 10 Et qua<m>, per omnem spiritus nostri diem,
 Secretiore lectione acceperam.
 Alii inuidere namque, quod dispendio
 Tibi haud sit ullo, *agrestis* et dur<i> reor.
 His addo et illud, liberum temet loco
 15 Mihi esse amore, sanguinisque uinculo.
 Neque sat sit istud, *ni sciam* te litteras,
 Hiantibusque faucibus *rerum* abdita

v (O) INCIPIT ORAE MARITIMAE LIBER PRI[MVS] FELIX. *v*
 (RUFII FESTI AVIENI DE ORA MARITIMA SIVE DE TAURICI
 PONTI SINVS. O) 2 situs *Hudson* : sinus 3 his] bis O 4 disti
 nerent *Heinsius* : distenerent 5 Subij *Pithou* : Subi 10 quam
Pithou : qua 12 namque : nanq 13 *agrestis* & *duri Pithou*,
agrestis id uiri *Heinsius* : *orestis* & *dur* (hoc esse durum O) 14 loco O :
 locum 15 esse amore O : esset amor 16 *ni sciam* te *Pithou* : mi
 cete (misitisse O) | litteras] literas O 17 rerum *Wernsdorf* :
 uestarum

- Hausisse semper, esse patuli pectoris,
 Sensu capacem; talium iugem sitim
 20 Tuo esse cordi, et esse te prae ceteris
 Memorem intimati: cur ineffaciter
 Secreta rerum in non tenacem effunderem?
 In non sequacem quis profunda ogganniat?
 Multa ergo, multa compulere me, Probe,
 25 Efflagitatam rem tibi ut persoluerem.
 Quin et parent<is> credidi officium fore,
 Desideratum si tibi locupletius
 Profusiusque musa promeret mea.
 Dare expetitum quippe non parci uiri est;
 30 Augere porr[h]o muneris summa<m> nouo,
 Mentis benignae satque liberalis est.
 Interrogasti, si tenes, Maeotici
 Situs qui<s> esset aequoris. Sallustium
 Noram id dedisse, dicta et eius omnibus
 35 Praeiuicatae au<c>toritatis ducier
 Non abnuebam: ad eius igitur inclytam
 Descriptionem, qua locorum formulam
 Imaginemque expressor efficax stili
 Et ueritatis paene^o in optutus dedit
 40 Lepore[m] linguae, multa rerum iu<n>ximus,
 Ex plurimorum sumpta com<m>entariis.
 Hecataeus istic quippe erit Mil[les]ius,
 Hellanicusque Lesbicus, Phileus quoque

18 esse] Sed *O* 19 Sensu] Sensum *O* 20 ceteris : caeteris
 26 et], ut *Opitz* | parentis *Pithou* : parent 27 Desideratum *Pithou* :
 Desidaratum | locupletius *Pithou* : locuplecius 29 parci uiri *Pithou* :
 pare uiri (parentis *O*) 30 porro *Pithou* : porrho | summam *Pithou* :
 summa | nouo *Wernsdorf* : noui 31 benignae *Pithou* : benigne
 33 quis *Pithou* : qui 35 auctoritatis *Pithou* : autoritatis 39 paene :
 pene 40 Lepore *Pithou* : Leporem | iunximus *Pithou* : uiximus
 (diximus *O*) 41 commentariis *Pithou* : comentariis 42 Hecataeus
Pithou : Hæc ad eus | Milesius *Pithou* : mille suis 43 Phileus
 quoque] Philetius quoq; *O*

- Atheniensis, *Caryandaeus* Scylax,
 45 Pausimachus *inde*, prisca quem genuit Samos,
 Quin et Damastus nobili natus Sig[n]e,
 Rhodo[n]que Bacoris ortus, Euctemon quoque
 Populari<s> urbis Atticae, Siculus Cleon,
 Herodotus ipse Thurius, tum qui decus
 50 Magnum loquendi est, Atticus Thucydides.
 Hic porr[h]o habebis, pars mei cordis Probe,
 Qui~~a~~quid per aequor insularum attollitur:
 Per aequor illud scilicet, quod post caua
 Hiantis orbis, a freto Tartesio
 55 Atlanticisque fluctibus, procul si[c]tam
 In usque glaebam proruit nostrum mare;
 Sinus<que> curuos, atque prominentia:
 Vt se supino porrigat lit[t]us situ,
 Vt longe in undas inserant sese iuga,
 60 Celsaeque ut urbes alluantur aequore:
 Quis ortus amnis maximo<s> effuderit,
 Vt prona ponti gurgitem intrent flumina,
 Vt ipsa[e] rursus saepe cingant insulas,
 Sinuentque late ut tuta portus brachia,
 65 Vt explicentur stagna, *et* u<t> iaceant lacus,
 Scruposum ut alti uerticem montes leuent,
 Stringatque nemora ut unda cani gurgitis.
 Laboris autem terminus nostri hic erit,
 Scythicum ut profundum, et aequor Euxini sali,
 70 Et siquae in illo marmore insulae tument,
 Edisserantur: reliqua porro scripta sunt

44 Caryandaeus *Heinsius* : cariae ditus (Caryandynus O) 45 inde
Heinsius : ille 46 Damastus] Damastes *Hudson* | Sige *Pithou* : signe
 (om O) 47 Rhodo *Pithou* : Rhodon | Bacoris] Bacorus *Hudson*
 48 Popularis *Pithou* : Populari 49 Thurius O : thyrius 51 porro
Pithou : porrho 52 Quidquid : Quicquid 55 sitam *Pithou* : sictam
 56 proruit] porrigit *Wernsdorf* 57 <que> *Wernsdorf* 58 litus :
 litus | situ] sinu O 61 maximos *Pithou* : maximo 62 ipsa
Pithou : ipse 64 tuta *Pithou* : tute 65 et ut *Heinsius* : ceu

- Nobis in illo plenius uolumine,
 Quod de orbis oris partibusque fecimus.
 Vt aperta uero tibimet intimatio
- 75 Sudoris huius et laboris sit mei,
 Narratione<m> opusculi paulo altius
 Exordiemur: tu *per* intimum iecur
 Prolata conde; *namque* fulcēt haec fides
 Petita longe, et eruta ex au<c>toribus.
- 80 Terrae patentis orbis effuse iace[n]t,
 Orbique rursus unda circumfunditur.
 Sed qua profundum semet insinuat salum
 Oceano ab usque, ut gurgēs hic nostri maris
 Longe explicetur, est Atlanticus sinus.
- 85 Hic Gadir urbs est, dicta Tartessus prius:
 Hic sunt columnae pertinacis Herculis,
 Abila atque Calpe: (<haec> laeua dicti caespitis,
 Libyae propinquast Abila) duro perstrepunt
 Sept[r]ent[r]ione, sed loco certae tenent.
- 90 Et prominentis hic iugi surgit caput,
 (Oestrymnin istud dixit aeuum antiquius)
 Molesque celsa saxei fastigii
 Tota in tepentem maxime uergit notum.
 Sub huius autem prominentis uertice
- 95 Sinus dehiscit incolis Oestrymnicus,
 In quo insulae sese exerunt Oestrymnides,
 Laxe iacentes, et metallo diuites
 Stanni atque plumbi. multa uis hic gentis est,
 Superbus animus, efficax solertia,

76 Narrationem *Pithou*: Narratione 77 *per Hudson*: ex (in *O*)
 78 *namque*: *nanq* 79 auctoribus *Pithou*: autoribus 80 effuse
 iacet *Scriverius*: effusae iacent 86 columnae *Pithou*: columnae
 87 Calpe: haec laeua *Vlitius*: calpae leua 88 Libyae *Pithou*: Libyae
 (Lybiae *O*) | propinqua est Abila *Vlitius*: propinque stalia (propin-
 qua, ast aliae *O*) 89 Septentrione *Pithou*: Septrentione | loco]
 loca *O* 95 Oestrymnicus *Pithou*: oestrymninus

- 100 *Negotiandi cura iugis omnibus:*
Notisque cumbis turbidum late fretum,
Et beluosi gurgitem Oceani secant.
Non hi carinas quippe pinu texere,
 [F]acere<ue> *norunt*; non abiete, ut usus est,
- 105 *Curuant faselos; sed rei ad miraculum,*
Nauigia iunctis semper aptant pellibus,
Corioque uastum saepe percurrunt salum.
 Ast hinc duobus in *Sacram* (sic insulam
 Dixere *prisci*) solibus cursus rati est.
- 110 *Haec inter undas multa[m] caespitem iacet,*
Eamque late gens Hiernorum colit.
Propinqua rursus insula Albionum patet.
Tartesiisque in terminos Oestrumnidum
Negotiandi mos erat: Carthaginis
- 115 *Etiam coloni[s], et uulgu, inter Herculis*
Agitans columnas, haec ad[h]ibant aequora:
Quae Himilco Poenus mensibus uix quattuor,
Vt ipse semet rem probasse retulit
Enauigantem, posse transmitti adserit:
- 120 *Sic nulla late flabra propellunt ratem,*
Sic segnis humor aequoris pigri stupet.
Adi[i]ci<t> e[n]t illud, plurimum inter gurgites
Extare fucum, et saepe uirgulti uice
Retinere pup<p>im: dicit hic nihilo minus,
- 125 *Non in profundum terga dimitti maris,*

100. 114 *Negotiandi*: *Negociandi* 101 *notisque nescio quis*
ante Hudson: *Nolus* (q̄ *Nam vsq̄ O*) | *cumbis* | *cymbis O* 103 *hi*
hic O 104 *Acereue norunt Nonius*: *Facere morem* 105 *faselos O*:
fasello 110 *multa caespitem Heinsius*: *multam caespitem (caespitem*
multum O) 111 *Eam| Eum Heinsius* 112 *Tartesiis O*: *Tartesus |*
que| om O 115 *coloni Opitz*: *colonis* 116 *adibant Pithou*: *adhibant*
 117 *Poenus Pithou*: *paenus* 118 *rem| re Pithou* 121 *segnis*
Pithou: *regnis (remis O)* 122 *Adiicit (Adiicit Opitz) & Pithou*:
Adiicient (Adiieiens O) 124 *pupim Pithou*: *pupim* 125 *dimitti*
demitti Hudson

- Paruoque aquarum uix supertexi solum:
 Obire semper huc et hu[u]c ponti feras,
 Nauigia lenta et languide repentia
 Internatare beluas: siquis dehinc
 130 Ab insulis Oestrymnicis lembum audeat
 Vrgere in undas, axe qua Lycaonis
 Rigescit aethra, caespitem Ligur[g]um subit
 Cassum incolarum: namque Celtarum manu,
 Crebrisque dudum praeliis uacuata sunt:
 135 Liguresque pulsī, ut saepe fors aliquos agit,
 Venere in ista, quae per horrentis tenent
 Plerumque dumos: creber his scrupus locis,
 Rigidaeque rupes, atque montium minae
 Caelo inseruntur: et fugax gens haec quidem
 140 Diu inter arta cautium duxit diem,
 Secreta ab undis; nam sali metuens erat
 Priscum ob peric[u]lum: post quies et otium,
 Securitate roborante audaciam,
 Persuasit altis deuehi cubilibus,
 145 Atque in marinos iam locos descendere.
 Post illa rursum, quae supra fa[ct]i sumus,
 Magnus patescit aequoris fus<i> sinus
 Ophiusam ad usque: rursum ab huius lit[t]ore
 Internum ad aequor, qua mare insinuare se
 150 Dixi ante terris, quodque Sardum nuncupant,
 Septem dierum tenditur pediti uia.
 Ophiussa porro tanta panditur latus,
 Quantam iacere Pelopis audis insulam
 Graiorum in agro: haec dicta primo Oestymnis est,

126 Paruo] Parua O | aquarum O : quarum | uix] vice O
 127 huc Pithou : hunc 132 Ligurum Pithou : ligurgum 133 nam-
 que : nanq̄ 134 uacuata] uacua arua Wernsdorf 137 Plerumque :
 Plerumq̄ 139 Caelo : Caelo 142 periculum Hudson : periculum
 146 supra Opitz : super | fati Opitz : facti 147 fusi Pithou : fus
 148 litore : littore 150 Sardum] Sordum Wernsdorf 151 pediti
 Burmann : reditu | uia Hudson : uiae 154 est O : om

- 155 *Locos* et arua *Oestrymnicis* habitantibus;
 Post multa serpens effugauit incolas,
 Vacuumque glaebam nominis fecit sui.
 Procedit inde in *gurgites* *Veneris* iugum,
 Circumltratque pontus insulas duas
 160 Tenue ob locorum inhospitas: *Aryium*
 Rursum tumescit prominens in asperum
 Septentrionem: cursus aut hinc classibus
 Vsque in columnas efficaciae *Herculis*
 Quinque est dierum: post pelagia est insula,
 165 Herbarum abundans, ad<que> *Saturno* sacra:
 Sed uis in illa tanta naturalis est,
 Vt, siquis hanc in nauigando accesserit,
 Mox excitetur propter insulam mare,
 Quatiatur ipsa, et omne subsiliat solum
 170 Alte intremescens, cetero ad stagni uicem
 Pelago silente: prominens surgit dehinc
Ophiussae in auras, abque *Arui*<i> iugo
 In haec locorum bidui cursus patet.
 At qui dehiscit inde prolixo sinus,
 175 Non totus uno facile nauigabilis
 Vento recedit: namque medium ac<e>e<ss>eris
Zephyro uehente, reliqua deposcunt notum.
 Et ru<r>sus inde si petat quisquam pede
Tartessorum litus, exuperet uiam
 180 Vix luce quarta; siquis ad nostrum mare

155 *Locos Pithou* : *Locus* 158 *gurgites Hudson* : *gurgitis*
 159 *insulas Pithou* : *insulas* 160 *Tenue* | *Sterile Burmann* | *Aryium* |
Aruium Vrsin 161 *prominens Pithou* : *promineas* 162 *Septen-*
trionem Pithou : *Septentrionum* | *autem Opitz* : *aut* (at *O*)
 165 *atque Pithou* : *ad* 170 *cetero* : *caetero* (caetera *O*) | *stagni O* :
steni 172 *Ophiussae* | *Ophiussae O* | in *auras C. Müller* : (in *oras O*)
moras | *que om O* | *Aruii Vnger* : *arui* (*Aryi O*) 175 *uno Schrader* :
uni | *nauigabilis Pithou* : *uauigabilis* 176 *namque Schrader* : *nun-*
quam | *accesseris Schrader* : *aceris* 178 *Et* | *At Oddins* | *rursus* :
rustus

- Malacæque portum semitam tetenderit,
 In quinque soles est iter: tum Cepresicum
 Iugum intumescit: subiacet porro insula
 Achale uocata ab incolis: a<e>grest[i] fides
 185 Narrationi prae rei miraculo;
 Sed quam frequens auctoritas sat fulciat.
 Aiunt in huius insulæ confiniis
 Numquam esse formam gurgiti reliquo parem:
 (Splendore<m> ubique quippe inesse fluctibus
 190 Vitri ad nitorem, et per profundum marmoris
 Coeanam in undis esse certum imaginem est.)
 Confundi at illic aequor immund<o> a luto,
 Memorant uetusti; semper atque sordibus
 Vt faeculentos gurgites haerescere.
 195 Cempsi atque Saefes arduos collis habent
 Ophiussae in agro: propter hos pernix Ligus
 Draganumque proles sub niuoso maxime
 Septentrione collocauerant larem.
 Poetanion autem est insula ad Saefum[um] latus,
 200 Patulusque portus: inde Cempsis adiacent
 Populi Cynetum: <tum> Cyneticum iugum,
 Qua sideralis lucis inclinatio est,
 Alte tumescens ditis Europæ extimum,

181 Malacæ *Pithou* : Malace 182 Cepresicum] Cempsicum
Wernsdorf 184 aegrest (aegre est *O*) : agresti 185 Narrationi *O* :
 Narrationis 186 sat *Pithou* : sal | sat fulciat | suffulciat *O* 187 in-
 sulæ *Pithou* : insule 188 Numquam : Nunquam 189 Splendorem
Pithou : Splendore 190 profundum *Pithou* : profundam 191 Coea-
 neam] Cyaneam *O* 192 Confundi at *Barth* : Confodiat (Cum
 fœteat *O* | immundo a *Barth* : imunda (immundo *O*) 194 haere-
 scere : herescere 195 Saefes] Gletes *C. Müller* 196 Ophiussæ
Pithou : Ophiusse | Ligus *Schrader* : lucis (locos *O*) 197 niuoso *O* :
 niuosa 199 Sefum *C. Müller*, sinum *Vrsin* : se fumum | latus *C. Mül-
 ler* : latet 201 <tum> *Opitz* | Cyneticum *Pithou* : tyneticum
 202 sideralis *Wernsdorf* : syderalis 203 tumescens *Pithou* : cum
 escens | Europæ *Pithou* : europe

- In* beluosi uergit Oceani [si] salum.
 205 Ana *annis* illic per Cynetas effluit,
 Sulcatque glaebam: panditur rursus sinus,
 Cauusque caespes in meridiem patet.
 Memorato *ab anni* gemina sese flumina
 Scindunt repente, perque praedicti sinus
 210 Crassum liquorem (quippe pinguesci<t> luto
 Omne hic profundum) lenta trudunt agmina.
 Hic insularum semet alte subrigit
 Vertex duarum: nominis minor indiga est,
 Aliam uocauit *mos* tenax Agonida.
 215 Inhorret inde rupibus cautes Sacra,
 Saturni et ipsa: feruet inlisum mare
 Lit[t]usque late saxeum distenditur.
 Hirtae hic capellae, et multus incolis caper
 Dumosa semper intererrant caespitum:
 220 Castrorum in us[us]um et nauticis uelamina,
 Productiores [t]et graues setas alunt.
 Hinc dictum ad amne<m> solis unius uia est,
 Genti et Cynetum hic terminus. Tartes<i>us
 Ager his adhaeret, adluitque caespitem
 225 Tartesus amnis: inde tenditur iugum
 Zephyro sacratum: denique arcis sum<m>itas
 Zephyris uocata: celsa sed [ad] fastigia
 lugo eriguntur uertici<s>; multus *tumor*

204 In *Pithou* : Im | salum *Pithou* : si salum 205 annis
Pithou : animis 208 Memorato] Memoratq̄ O | ab amne (amni
Vuger) *Wernsdorf* : aliamin 210 pinguescit *Pithou* : pinguesci
 214 mos *Pithou* : mox 216 Saturni] Saturno O 217 Litus : Littus |
 late *Opitz* : latus 218 incolis] incolit O 220 vsum & *Pithou* : usu
 sumet (vsus in et O) | nauticis] nautica O 221 Productiores &
Pithou : Productio restet 222 amnem *Pithou* (Anam *Wernsdorf*) :
 âne 223 Tartesius *Pithou* : tartesus 224 adhaeret : adheret
 225 tenditur] extenditur O 226 summitas *Pithou* : sumitas 227 ad]
del. Pithou 228 uerticis *Hudson* : uertici | tumor *Hudson* :
 timor

- Consendit auras, et supersidens quasi
 230 Caligo semper nubilum condit caput.
 Regio omnis inde maxime herboso solo est,
 Nebulosa iuge his incolis conuexa sunt,
 Coactus aer atque crassior dies,
 Noctisque more ros frequens: nulla, ut solet,
 235 Flabra inferuntur, nullus aethram discutit
 Superne uenti spiritus: pigra incu[m]bat
 Caligo terras, et solum late madet.
 Zephyridos arcem siquis excedat rate,
 Et inferatur gurgiti nostri maris,
 240 Flabris uehetur protinus fauoni<i>.
 Iugum inde rursus, et sacrum Infernae deae
 Divesque fanum, penetral abstrusi caui,
 Adytumque caecum: multa propter est palus
 Etrephaea dicta: quin et Herbi ciuitas
 245 Stetisse fertur his locis prisca die;
 Quae, praeliorum absumpta <tem>pestatibus,
 Famam atque nomen sola liquit caespiti.
 At Hiberus inde manat amnis, et locos
 Feundat unda: plurimi e.e ipso ferunt
 250 Dictos Hiberos; non ab illo flumine,
 Quod inquietos [uo] Vasconas praelabatur.
 Nam quidquid anni gentis huius adiacet
 Occiduum ad axem, Hiberiam cognominant.
 Pars porro eoa continet Tartesios
 255 Et Cilbiconos. Cartare post insula est,

229 supersidens *Schrader* : super syderis (-ra O) 234 solet
Pithou : solea 236 incubat *Pithou* : incumbat 240 fauonii
Heinsius : fauoni 242 penetral] penetrat O 243 Adytum *Wernsdorf* : Aditum 244 Herbi] Hibera O Erebi *Barth* 246 praeliorum
Pithou : preliorum | tempestatibus *Pithou* : pestatibus 247 sola]
 solum O 248 At *Opitz* : An | Hiberus O hyberus 249 ex *Pithou* :
 & (ab O) 250 Hyberos *Pithou* : hybetos 251 Vasconas (*Wasconas*
Pithou) : uo uascomas 252 quidquid : quicquid | anni *Pithou* :
 annum

- Eamque pridem, influx<a> e<t> est satis fides,
 Tenuere Cempsi: proximorum postea
 Pulsi duello, uaria quaesitum loca
 Se protulere. Cassius inde mons tumet:
 260 Et Graia ab ipso lingua cassiterum prius
 Stannum uocauit: inde fani est prominens,
 Et, quae uetustum Graeciae nomen tenet,
 Gerontis arx est eminus: namque ex ea
 Geryona quondam nuncupatum accepimus.
 265 Hic ora late sunt sinus Tartesii;
 Dictoque ab *Ana* in haec locorum puppibus
 Via est diei: Gadir hic est oppidum:
 Nam Punicorum lingua conseptum locum
 Gadir uocabat: ipsa Tartessus prius
 270 Cognomina<ta> est; multa et opulens ciuitas
 Aeno uetusto, nunc egena, nunc breuis,
 Nunc destituta, nunc ruinarum ag<g>er est.
 Nos hoc locorum, praeter Herculeana<m>
 Solemnitatem, uidimus miri nihil.
 275 At uis in illis tanta, uel tantum decus
 Aetate prisca sub fide rerum fuit,
 Rex ut superbus, omniumque praepotens,
 Quos gens habebat forte tum Maurusia,
 Octauiano principi acceptissimus,
 280 Et lit<t>erarum semper in studio Iuba,
 Interfluoque separatus aequore,
 Industriorem semet urbis istius
 Duumuiratu crederet: sed insulam
 Tartessus amnis, ex Ligustino lacu

256 influxa et est satis *Wernsdorf*: influxe satis est 258 quae-
 situm *Pithou*: qua est (et *O*) tum 261 fani] fanum *O* 262 Graeciae
Pithou: graeciae 263 arx *Pithou*: ars | namque: nanq; 266 *Ana*
Müllenhoff: uni 270 Cognominata *Pithou*: Cognomina 272 agger *O*:
 ager 273 Herculeam *Pithou*: hereulanea 275 tantum *Pithou*:
 tamen 280 litterarum: literarum 283 Duumuiratu *Pithou*:
 Duum iuratu

- 285 Per aperta fusus, undique adlapsu ligat.
 Neque iste tractu simplici prouoluitur,
 Vnusu sulcat subiacentem caespitem:
 Tria ora quippe parte eoi luminis
 Infert in agros; ore bis gemino quoque
- 290 Meridianas ciuitatis adluit.
 At mons paludem incunbit Argentarius,
 Sic a vetustis dictus ex specie sui:
 Stagno iste namque latera plurimo nitet,
 Magisque in auras eminus lucem euomit,
- 295 Cum sol ab igni celsa perculerit iuga.
 Idem annis autem fluctibus stagni grauis
 Ramenta uoluit, inuehitque moenibus
 Diues metallum: qua dehinc ab aequore
 Salsi fluenti uasta per medium soli
- 300 Regio recedit, gens Etmaneam accolit.
 Atque inde rursus usque Cempsorum sata
 Illeates agro sefferaci porrigunt:
 Maritima uero Cibiceni possident.
 Gerontis arcem et prominens fani, ut supra
- 305 Sumus elocuti, distinct medium salum;
 Interque celsa cautium cedit sinus.
 Iugum ad secundum flumen amplum euoluit:
 Tartesiorum mons dehinc attollitur
 Siluis opacus: hinc Erythia est insula
- 310 Diffusa glaebam, et iuris olim Punici:
 Habuere primo quippe eam Cartaginis

285 adlapsu *Heinsius*: ab lapsu 290 Meridianas *O*: Meridiana |
 ciuitatis] ciuitates *O* 291 incunbit *Pithou*: incubit 293 namque:
 namque 296 autem *Hudson*: aut 297 uoluit *Pithou*: uoluit
 300 recedit *Hudson*: redit 302 Illeates] Eleates *O* Gletes *Christ* |
 agro se feraci *Pithou*: agros efferaci (-ces *O*) 303 Cibiceni
Hudson: cibiceni 307 ad] ac *O* | euoluitur *Hudson*: euoluit
 (euomit *O*) 310 glaebam: glebam | iuris *Pithou*: iuris | Punici]
 Punici *O* 311 Carthaginis: cartaginis

- Priscæ coloni: interfluoque scinditur
 A[t] continente[m] quinque per stadia modo
 Erythia ab arce: qua diei occasus est,
 315 Veneri marinae consecrata est insula,
 Templumque in illa Veneris et penetral cauum,
 Oraculumque: monte ab illo, quem tibi
 Horrere siluis dixeram, *cum* ueneris,
 Litus recline et molle harenarum iacet,
 320 In quas Besilus atque Cilbus flumina
 V[e]rgent fluentum: post in occiduum diem
 Sacrum superbas erigit cautes iugum.
 Locum hunc uocauit Herma quondam Graecia.
 Est Herma porrh[ho] caespitum munitio,
 325 Interfluum quæ altrinsecus munit lacum:
 Alique rursus Herculis dicunt uiam:
 Strauisse quippe maria fertur Hercules,
 Iter ut pateret facile captiuo gregi.
 Porrh[ho] illud Herma iure sub Libyci soli
 330 Fuisse pridem, plurimi auctores ferunt.
 Nec respuendus testis est Dionysius,
 Libyaesse finem qui docet Tartessium.
 Europæ in agro, quod uocari ab incolis
 Sacrum indicaui, prominens subducitur.
 335 Locos utrosque interfluit tenue fretum.
 Quod Herma porrh[ho] aut Herculis dictum est uia,
 Amphipolis urbis incola *Euctemon* ait,

312 Priscæ *Pithou*: Prisce 313 A continente *Müllenhoff*: At
 continentem [modo] ammodum *Luc. Müller* 315 Veneri] Veneris *O*
 316 penetral *Pithou*: poene (pene *O*) sal 318 cum *von Gutschmid*:
 in 319 recline *Pithou*: redine (reclive *O*) 321 Vrgent *Opitz*:
 Vergent 324 porro *Pithou*: porrho 325 quæ *Bochart*: q̄ | lacum
Werusdorf: locus 326 dicunt *Pithou*: dicuntur ani 327 fertur
 Hercules] ferunt Herculem *O* 329 Porro *Pithou*: Porrho | Libyci
Pithou: libyq̄ 332 Libya *Pithou*: Libye 333 Europæ *Pithou*:
 europe 335 Locos *O*: Locus 336 porro *Pithou*: porrho | aut] et
Hudson 337 Euctemon *O*: hoc demon

- Non plus h<ab>ere longitudinis modo,
 Quam porriguntur centum et octo milia,
 340 Et distineri <utrosque> milibus tribus.
 Hic Herculanae stant columnae, quas modum
 Vtriusque haberi continentis legimus.
 Sunt paria porr[h]o saxa prominentia
 Abil[l]a atque Calpe. Calpe <in> Hispano solo,
 345 Maurusiorum est Abil[l]a: namque Abil[l]a<in> nocant
 Gens Punicorum, mons quod altus barbaro est,
 Id est Latino; die[t]i ut au<c>tor Plantus est:
 Calpeque rursus in Graecia species caui
 Teretisque visu nuncupatur *urci*.
 350 Atheniensis dicit Euctemon item
 Non esse saxa, aut uertices adsurgere
 Parte ex utraque: caespitem Libyci soli
 Europae et oram memorat insulas duas
 I<u>ter<i>acere; nuncupari has Herculis
 355 Ait columnas; [e]stadia tri[ti]nginta refert
 Has distineri; horrere siluis undique,
 Inhospita[ta]sque semper esse nauticis.
 Inesse quippe dicit ollis Herculis
 Et templa et aras: inuehi aduenas rate[s],
 360 Deo litare, abire festino pede:
 Nefas putatum demorari in insulis.
 Circum atque iuxta plurimo <tractu iacens>
 Madere tradit tenne prolixo mare.

338 habere *Pithou* : here 340 <utrosque> *Wernsdorf*, <utrimque> *nescio quis* : 343 paria *Burmam* : parua | porro *Pithou* : porrho 344 Abila *Pithou* : Ab illa | <in> *Pithou* 345 Maurusiorum *Pithou* : Maurisiorum | Abila *Pithou* : ab illa | namq; *Pithou* : namq; | Abilam *de Saumaise* : ab illa | dici *Pithou* : dicti | auctor *Pithou* : autor 348 caui *Nonius* : caua 349 Teretis *Nonius* : Teretes | *urci de Saumaise* : & iugi 354 Interiacere *Barth* : Iter acervi 355 stadia triginta *Pithou* : est adiatritiginta 357 Inhospitas *Pithou* : Inhospitatas 359 aras *Pithou* : haras | rate *Heinsius* : rates 362 plurimo | plurilimo * *O* plurimo <tractu iacens> *Hudson* 363 Madere *Wernsdorf*, Manare *Oddius* : Manere

- Nauigia honusta adire non ualent locos
 365 Breue ob fluentum, et pingue litoris lutum.
 Sed si uoluntas forte quem subegerit
 Adire fanum, prop[t]er[at] ad Lunae insulam
 Agere carinam, eximere classi pondera,
 Leuique *cumba sic* superferri salo.
 370 Sed ad columnas quidquid interfunditur
 Vndae aestuantis, stadia septem uix ait
 Damastus esse. Caryandaeus Scylax
 Medium fluentum inter columnas adserit
 Tantum patere, quantus aestus Bosp[h]oro est.
 375 Ultra has columnas, propter Europae latus,
 Vicos et urbis incolae Carthaginis
 Tenuere quodam: mos at ollis hic erat,
 Vt planior[e] texerent fundo rates,
 Quo *cumba* tergum fusior breuius maris
 380 Praelaberetur: porro in occiduam plaga[m]
 Ab his columnis gurgitem esse interminum.
 Late patere pelagus, extendi salum,
 Himilco tradit: nullus haec adiit freta;
 Nullus carinas aequor illud intulit,
 385 Desint quod alto flabra propellentia,
 Nullusque puppim spiritus caeli *iuuet*:
 Dehinc quod aethram quod[am] amictu uestiat
 Caligo, se[m]per nebula condat gurgitem,
 Et crassiore[m] nubilum perstet die.

365 litoris *O*: littori 367 properat *Wernsdorf*: propter 369 cumba: cymba (cymbam *O*) | sic *Wernsdorf*: uix 370 quidquid: quicquid
 371 Vndae *Pithou*: Vnde | stadia *Pithou*: studia 372 Damastus *Pithou*: Damascus | Caryandaeus *Pithou*, Caryandenus *Meineke*: cariae dictus (Caryandinus *O*) 373 columnas *Pithou*: columnas
 374 Bosphoro: bosporo 375 latus *Pithou*: latet 378 planiore *Pithou*: planior 379 cumba: cymba | tergum] perquam *Movers* | maris *Wernsdorf*: mare 380 plagam *Pithou*: plaga 381 columnis *Pithou*: columnis 386 caeli: caeli | iuuet *Pithou*: uiuet 387 quodam *Pithou*: quod 388 semper *Heinsius*: se per (saep̄ *O*) 389 crassiore *Barth*: crassiorem

- 390 Oceanus iste est, orbis effusi procul
 Circumlatrator, iste pontus maximus.
 Hic gurges oras ambi[g]ens, hic intimi
 Salis inrigator, hic parens nostri maris.
 Plerosque quippe extrinsecus *curuat* sinus,
 395 Nostrumque in orbem uis profundi iulabitur.
 Sed nos loquemur maximo<s> tibi qu<a>ttuor.
 Prima huius ergo in caespitem insinuatio est
 Hesperius aestus, atque Atlanticum salum;
 Hyrcana rursus unda, Caspium mare;
 400 *Salum* Indicorum, terga fluctus Persici;
 Arabsque gurges sub tepente iam noto.
 Hunc usus olim dixit Oceanum uetus,
 Alterque dixit mos Atlanticum mare.
 Longo explicatur gurges huius ambitu,
 405 Produciturque latere prolixo uago.
 Plerumque porro tenuē tenditur salum,
 Vt uix harenas subiacenti<s> occulat.
 Exuperat autem gurgitem *fucus* frequens,
 Atque impeditur aestus hic uligine:
 410 Vis *beluar[i]um* pelagus omne internatat,
 Multusque terror ex feris habitat freta.
Haec olim *Himilco* Poenus Oceano super
 Spectasse semet et probasse retulit:
 Haec nos, ab imis Punicorum annalibus
 415 Prolata longo tempore, edidimus tibi.
 Nunc iam recursus ad priora sit stilo.

391 Circumlatrator *Hudson* : Circum latratur 392 ambiens
Pithou : ambigenus 394 curuat *Schrader* : turbat 396 maximos
Pithou : maximo (-me O) | quattuor *Pithou* : quattuor 398 Hesperius
Pithou : Hesperius 399 Hyrcana *Pithou* : Hircana 400 *Salum*
Heinsius : Solo | fluctus *Hudson* : fluctum 405 latere | litore
Wernsdorf 407 subiacentes *Pithou* : sub iacenti 408 *fucus*
Hudson : fusus 410 belluarum *Barth* : uel uarium 412 *Hæc*
Pithou : Hec | *Himilco* : hemelco 414 annalibus *Pithou* :
 analibus

- Igitur columnae, ut dixeram, Libystidi[s]
 Europae in agro aduersa surgit altera.
 Hic Chrysus amnis intrat altum gurgitem:
 420 Ultra citraque quattuor gentes colunt.
 Nam sunt feroces hoc Libyphoenices loco;
 Sunt Massieni; regna Selbyssina sunt
 Feracis agri, et diuites Tartesii,
 Qui porriguntur in Calacticum sinum.
 425 Hos propter autem mox iugum Barbetium est,
 Malachaeque flumen, urbe cum cognomine,
 Men[e]ace prior<e quae> uocata est saeculo.
 Tartesiorum *iuris* illic insula
 Antistat urbem, Noctilucae ab incolis
 430 Sacrata pridem: in insula stagnum quoque
 Tutusque portus: oppidum Menace super.
 Qua sese ab undis regio dicta subtrahit,
 Silurus alto mons tumet cacumine.
 Adsurgit inde uasta cautes, et mare
 435 Intrat profundum: pinus hanc quondam frequens
 Ex se uocari sub sono Graio dedit:
 Fanumque ad usque Veneris ac Veneris iugum
 Lit[t]us recumbit: porro in isto lit[t]ore
 Stetere crebrae ciuitates antea,
 440 Phoenixque multus habuit hos pridem locos.
 Inhospitales nunc harenas porrigit
 Deserta tellus, orba cultorum sola

417 Libystidi *Wernsdorf*: libystidis 421 Libyphoenices loco
Schrader: loci liby phoenices 422 diuites *Schrader*: diuitis
 424 porriguntur *Pithou*: porrigitur | Calacticum] Malaciticum *Vnger*
 426 Malachae] Malacae *Vnger* 427 Mænace *Pithou*: Mæneace |
 priore quae *Pithou*: prior 428 iuris *Pithou*: uiris 429 Anti-
 stat *Pithou*: Antistar | Noctilucae *Pithou*: noctilucae 430 stagnum]
 fanum *Vnger* 431 Tutus *Heinsius*: Totus | portus *Wernsdorf*:
 porrus | Menace *Bochart*: minace 435 profundum *Pithou*: pro-
 fundam 437 Fanum *Wernsdorf*: Phanum 438 Litus: Littus |
 litore: littore 439 crebrae *Pithou*: crebre 442 Deserta *Pithou*:
 Deserat

- Squalent iacentque. Veneris ab di<c>to iugo
 Spectatur Herma caespitis Libyci procul,
